3

LECTVRA EXCELLENTISSIMI SACRE THEOLOGIE MAGISTRI GRATIANI BRIXIENSIS OR. MINO. IN SECVNDO LIBRO SENTENTIARVM SCOTI.

¶ Alberto Pio inclyto Carpeñ. Principi Io. Montesdocca Hiſpanus felicitatem.

MVlti uiuos amant tantũmodo, complures ne uiuos quidem ex animo, ſed eos callida amoris ſimulatione ad tempus proſequuntur, utilitati nõ officio ſeruientes, pauciſſimi defunctorũ amicos agũt. Tu uero princeps inclyte, quos ſemel in tuam fidem et amicitiam recepiſti ita complecteris, ut eos et incolumes adhuc aſſiduis beneficiis cumulos, et fato abſumptos familiariſſime deſideres, ipſorumq; memorias quoquo pacto prorrogare ſtudeas. Inditio eſt .F. Gratianus noſter in ſacris literis præceptor, quem tu ſane dum uixit, humaniſſime et liberaliſſime tractaſti, ubi deceſſit ab interitu uindicare non deſinis. Quare edixiſti ut eius lucubrationes tibi nominatim dicatæ ad cõmunem oĩum utilitatem per me q̃ emendatiſſimæ in lucem exirent, quod ego tam libenter q̃ diligenter præſtiti. Debeo enim tibi, debeo illi hanc curam et intentionem. Spero futurum, ut apud iuſtos rerũ æſtimatores pietatis tuæ, ac beneficentiæ fructum capias ſempiternum. Vale Carpi. M.D.VI. Kal. Maij.

¶ Excellentiſſimi Sacre Theologie magiſtri .F. Gratiani Brixieñ. or. min. ad ill. Principem Albertum Pium in ſecundo ſententiarum Sco. expoſitio.

DISTINCTIO. PRIMA.

VTRVM PRIMARIA CAVSALITAS RESPECTV OMnium cauſabiliũ in quocunq; eſſe ſiue reali ſiue ſʒ quid ſit neceſſario in tribus, ſic ꝙ ſi nõ eſſet in tribus nõ eſſet ibi cauſalitas talis. Cauſalitas in deo reſpectu creature non eſt realis patʒ diſt. 30. primi libri, ſed ſi eſt eterna ſicut cauſatiuitas, que eſt ibi per comparationem intellectus diuini illa eſt rationis, ſed ſi cauſalitas dicat cauſationem temporalem, et reſpectum ille eſt rationis et cauſatus ab itellectu creato angelico uel humano comparante deum ad creaturam cauſatam, uel nullus eſt reſpectus in deo ad creaturam, qui dicatur de deo ex tempore ſed tm̃ dicitur cauſans denominatione extrinſeca eo ꝙ creatura eſt uere cauſata, et relatio cauſationis paſsiue in creatura eſt bene realis, immo idem realiter creature, ut patebit in ſequentibus, dicitur enĩ deus dominus, et cauſans ex tempore nõ ꝙ in eo ſit relatio dominii aut relatio cãe nec realis nec rationis, ſed quia creatura eſt ſerua ideo deus ẽ dominus Deus dicitur reſpectu creature cauſa efficiens, et finalis, cauſa exemplaris eſt idem ꝙ cauſa efficiens, ſed efficiens per intellectum, et uoluntatem. Et dicitur primaria cauſalitas nõ tantum, quia nulla eſt iſta prior exponendo negatiue, ſʒ eſt ſic prima, quia prior omni alia exponendo affirmatiue (Reſpectu omniũ cauſabiliũ in quocũq; eſſe ſiue reali) ſicut creature ſunt producte a deo in tempore per uoluntatem diuinam tanquam principio quo, licet pater filius et ſpiritus ſanctus ſint unum principiũ qd (ſiue in eſſe ſecundum quid) ſicut creature producuntur intelligentia diuina in eſſe cognito, et uoluntate diuina in eſſe uolito ab eterno, licet non pro eterno, ſed pro tali uel tali tempore (De neceſsitate ſit in tribus) ſic ꝙ iſta conſequentia ſit neceſſaria eſt primaria cauſalitas in deo, et perfecta, igitur eſt in tribus perſonis, ſic ꝙ non poſſumus ſine contradictione intelligere oppoſitum conſequentis ſtare cum antecedente, et concludemus in tertio articulo ꝙ illa conſequentia non eſt ſic neceſſaria et aſsignabitur cauſa.

¶ OPINIO HENRICI STAT in ſex dictis que impugnantur a doctore. Nota tamen ꝙ coĩcidit cum doc. ĩ cõcluſiõe pĩcipali. ſ. ꝙ productio creaturarum ad extra neceſſario preſupponit productionem diuinarum perſonarum ad intra.

¶ Ponit etiam aliam concluſionem ueram. ſ. ꝙ a tota trinitate, et ita a perſonis productis producuntur creature in genere cauſe efficientis. ¶ Tertiam ponit falſam ꝙ uerbum, et ſpiritus ſanctus ſunt rationes formales proxime diſpoſitiue, et ordinatiue ad actum creandi, ita ꝙ actus creandi eſt a uerbo, et a ſpiritu ſancto in genere cauſe formalis, eſſentia tamen, et intellectus, et uolitio eſſentialis ſunt principia remota ipſius act⁹ creandi. ✠ ¶ Dicit ulterius ꝙ uerbũ et ſpũs ſctũs ſunt in intellectu patris ut intellectus patris perficiatur uerbo, et ut uolitio patris et filii perficiatur eſt in uoluntate eorum ſpiritus ſanctus, et iſtud eſt quartum ꝙ Scotus impugnat. ¶ Secundum quod impugnat doctor eſt hoc dictum Henrici. Noticia ſimplex non ſufficit nec amor conſequens ſufficit ad productionem rerum ad extra, ſed requiritur noticia declaratiua et diſpoſitiua rerũ, et amor incentiuus ſiue affectiuus que pertinent ad praxim, ſed noticia ſimplex, et amor cõcomitans pertinent ad noticiam ſpeculatiuã. ¶ Tertium ꝙ dicit Henricus eſt ꝙ in uerbo relucent idee pratice, et una noticia procedit ex alia ut patet in ſecunda diſ. primi. Quartũ poſitum eſt ſupra in tali ſigno ✠ ut notaui. ¶ Quintũ ẽ ꝙ noticia uniuerſalis et ſimplex pertinent ad ſpeculationem, et ſimiliter amor concomitans, et noticia declaratiua, et amor affectans pertinent ad praticam noticiã ſicut in arte, utputa in medicina ſpeculatiua que eſt ſcientia uniuerſalis, et pratica que eſt noticia in particulari de applicabili immediate ad opus ut ꝙ reubarbarũ ſic et ſic diſpoſitum, et correctum debet dari huic habenti talem complexionem ita dicit eſſe de noticia ſimplici in deo ꝗ ſpeculatiuam ponit et de uerbo ꝙ dicit eſſe noticiam declaratiuam et praticam. ¶ Sextum ꝙ dicit eſt ꝙ quia philoſophi negauerunt noticiam diſpoſitiuam in deo, quia negauerunt uerbum et ſimiliter negauerunt ſpiritum ſanctum, et ita amorem affectantem, ideo dicit Henricus coacti fuerunt ponere ꝙ deus neceſſario agit ad extra quaſi iſta conſequentia ſit neceſſaria, in deo nõ eſt noticia declaratiua nec amor affectans, ſed ſola noticia eſſentialis, igitur deus producit neceſſario ad extra quicquid producit probat conſequentiam, quia noticia eſſentialis eodem modo et naturaliter omnia creata reſpicit, et ita neceſſario i[illegible] et deus qui producit creaturas intellectu ſuo et uoluntate neceſſario producit. Ex hiis omnibus uult habere Henricus ꝙ productio creaturarũ neceſſario ſit in tribus perſonis, quia ſi filius et ſpiritus ſanctus ſunt rationes formales diſpoſitiue, et ordinatiue ad opus, et proxime rationes non poterit productio creaturarũ eſſe niſi tres perſone ſint prima tanq̃ quod, filius et ſpiritus ſanctus ut qd et ut quo, et ita emanatio creaturaꝝ preſupponit neceſſario emanationem diuinarum perſonarum

¶ CONTRA PRIMVM dictum arguit doc. ſi filius, et ſpiritus. ſ. ſunt rationes formales ꝓxime actus creandi, et filius nõ ſit formaliter in patre nec ſpiritus ſanctus, igitur pater non formaliter creabit patet conſequentia, quia actio non formaliter denominat aliquid niſi principium formale illius actionis ſit in illo, ſicut ignis dicitur formaliter calefacere, qa calor qui eſt principiũ formale calefactionis eſt formaliter in igne et ſi calor per impoſsibile nõ eſſet formaliter in igne, ignis non formaliter calefaceret. Et ſi dicas ꝙ pater habet filiũ ſicut dicitur in euaſione. Conſtat ꝙ non habet filium in ſe formaliter, quia tunc iſta eſſet uera pater eſt filius que falſa ẽ, nihil enĩ genitum eſt in patre, et ita nõ eſt in patre noticia genita, ſi pater habet filium habet tm̃ ipſum ut Correlatiuũ, ſed ſic habens nõ dicitur tale formaliter per ſic habitum uel per illud ꝙ ſic habetur, et ita pater non formaliter creabit. Immo etiam ſequitur ꝙ filius non formaliter creabit nec ſpiritus ſanctus quia cõiter quo non eſt quod, et ideo ſi ſecundum iſtũ filius et ſpiritus ſanctus ſunt quo reſpectu actus creandi nõ erũt quod. Et nota ly cõiter, quia anima in nobis eſt prĩcipium quo itelligẽdi et nõ qd itelligit ex primo de aĩa. et tamen ſeparata eſt quod itelligit. Et hoc eſt ꝙ dicit in ſecũda euaſione, ꝙ filius creat et ſpiritus ſanctus creat, quia ſunt quo et quod. Sed contra una perſona ut filius non eſt in actu per aliam, quia filius non eſt ſpiritus ſanctus formaliter, igitur filius non formaliter proxime creabit, quia agens per intellectum et uoluntatem eſt in actu tã noticia ꝗ uolitione neceſſariis ad talem actũ nõ ſic erit filius in actu niſi filius eſſet ſpiritus ſanctus formalr, et ſpiritus ſanctus eſſet filius formaliter. ¶ Contra tertiũ de ideis praticis nota ꝙ ille non ſunt in deo, quia ſi eſſent ibi dictarent de creaturis producendis, et tunc uoluntas diuina neceſſario conformet ſe illis, et ita non haberet in poteſtate ſua ꝓducere alteram partem cõtradictionis, ſed neceſſario produceret illam partem ꝗ dictaret noticia pratica ſiue idea pratica,

uel ſi poſſet deus ſua uoluntate alterã partem producere poſ-
ſet deuiare ab illo dictamine naturali, et neceſſario cũ prece-
deret actum uoluntatis diuine, et ita poſſet obliquari, quorum
utrunq; eſt falſum. Scotus tamen aliter hic impugnat et oſten
dit ꝙ non magis relucent idee pratice in uerbo ſi eſſent ꝙ in in
telligentia patris. Nota ꝙ illud uerbum dicitur eſſe ueraciter
uerum quãdo producitur de omnibus iis que ſunt in memoria
que eſt principium eius, ut ſi ſpecies albedinis ſit in intellectu
ſor. et cauſetur uerbum ſiue cauſatur noticia perfecta de albe
dine tunc illa noticie ſiue uerbum erit eorũ omnium predicato
rum primi modi et ſecundi cõtẽtorum in quidditate albedinis et͛
non erit ueraciter ueritas albedinis, ita uerbũ in diuinis eſt ue
re uerbum et uere ueritas, quia eſt productum de omnibus que
ſunt in memoria patris. Nota tñ ſm ueritatẽ ꝙ in memoria pa
tris ut de ea producitur uerbum non includuntur creature, ali
ter uerbum eſſet eque uerbum lapidis ſicut uerbũ dei ſiue diui
ne eſſentie infinite quod flm̃ eſt, immo ut patebit in ſecundo ar
ticulo in memoria prĩs ut de ea generatur filius ẽ tantũ intelle
ctus patris, et eſſentia formaliter infinita, et nihil ultra, quia ĩ
illo inſtanti nature ſolum comparatur eſſentia intellectui infi
nito. ¶ Contra quartum qd dicit ꝙ uerbum ponitur ĩ intellectu
cõi trium perſonarum ad perficiendum intellectionem eſſentia
lem. Nota ꝙ ſecundum Henricum intellectio eſſentialis ẽ prin
cipium actiuum generationis uerbi, quia uult ꝙ intellectus in-
formatus noticia ſimplici ſit obiectum intellectus nudi conuer
ſi ſuper ſe intellectus, et ſuper intellectionem ſimplicem, et ſup
obiectum cognitũ, et uult ꝙ intellectus nudus conuerſus ſit paſ
ſiuus tantũ in productione uerbi, et intellectus informatus no
ticia obiecti ſit actiuus taliter, et ita in intellectu nudo cõuer
ſo ꝑducit noticiã declaratiuã, et ita uerbũ ſecũdũ eũ, et ita noti
cia ſimplex ut obiectum producit actiuã noticiam declaratiuã
et ita eſt principium generationis cuius generationis termin⁹
eſt uerbum, igitur intellectio eſſentialis eſt principium actionis
tranſeuntis, et ita intellectio nõ perficitur illa generatione uer
bi nec termino eius ſicut nec ignis nec calor ignis perficitur ca-
lefactione nec termino calefactionis, et ita non ponitur in in-
tellectu patris nec aliarum perſonarũ ut perficiatur intellectio
eſſentialis. ¶ Contra ultimũ de philoſophis uidetur ꝙ illa con
ſequentia non ualeat in deo non eſt noticia declaratiua nec
amor affectans igitur deus producit neceſſario qcqd ad extra
producit. Negetur ꝯña et ad probationem, quia noticia eñtialis
etc. diceretur ꝙ dato ꝙ noticia eſſentialis eodem modo reſpi-
ciat creaturas, et eque naturaliter ꝙ tñ flm̃ eſt quia deus non
reſpicit creaturas tali uel tali tempore producendas naturali
ter cum ſint ordinate ſic produci a diuina uoluntate ut patuis
di. 39. primi, ſed admiſſo de intellectione non eſt uerum de uo-
litione, quia uoluntas diuina nihil neceſſario amat niſi eſſentiã
patrem et filiũ et ſpiritũ ſanctũ, omne aliud reſpicit et amat cõ
tingenter, et ideo ꝯña nõ ualet, ꝙ et ſi non ſint in deo uerbum
et ſpiritus ſanct⁹ ꝙ propter hoc deus neceſſario produceret,
et amaret creaturas, quia tunc haberet habitudinẽ neceſſariaꝫ
ad creaturam, ꝙ neceſſario amaret qd eſt ualde incõueniens.

¶ IDEO SCOTUS ALITER rñdet ad. q. ponẽdo. 3. articu
los ut pꝫ. In primo articulo ponit ꝙ cãlitas ꝑfecta eſt in tribus
reſpectu oĩum cãbiliũ in eẽ realis eñtie et exñtie, et fundamẽ
taliter loquẽdo iſta cãlitas eſt uolũtas diuina que intelligitur
cõicata tribus perſonis eue ꝙ ſit proximum principiũ ꝑducẽ
di creaturã. Cauſalitas tñ iſta formalr͛ uel nihil ẽ in deo lo-
quendo de cauſalitate temporali, uel ſi eſt, eſt tantũ rõ facta
per intellectum creatum cõparantẽ deũ ut cauſantẽ ad creatu
rã cauſatã, et ſi nullã relationẽ ponis in deo dicas ꝙ ideo deus
dicitur cã, qꝛ creatura eſt uere cãta, et ex rõne reali reperta ĩ
creatura denominatiue deus dr͛ cauſans, eſt tñ ĩ deo cãlitas
relatio rõnis eterne facta per intellectũ diuinũ ab eterno com-
parantem eẽntiã ſuã ad creaturam ſub ratione qua põt illam
cauſare pro. a. tempore.

¶ SECUNDUS ARTIculus facit duas inſtantias contra
Hẽricũ ꝙ uidetur ponere in deo ideas praticas, et ſi ille ſint in
intellectu prĩs tũc ſunt ĩ memoria prĩs, cũ uerbũ producatur de
oĩbus hiis que ſunt in memoria prĩs ſecũdũ Aug. 15. de tri. ca.
15. ſequitur ꝙ uerbũ producatur de ideis praticis, et ita de creatu
ra qd eſt flm̃, ſed Sco. negat tales ideas in memoria prĩs, quia
in primo inſtãti nature ſolũ intelligitur in memoria prĩs eſſen
tia diuina preſentari intellectui diuino, et de illa ſola produci
uerbũ, et ita ille inſtãtie, et ſi ſint cõtra Hen. nõ tñ cõtra docto
rẽ. Quod ſequitur ẽ clarũ uſq; ibi de ordinibus. Nota ꝙ quatuor
ordines reperiuntur in creaturis. ſ. ordo nature, et ordo originis
ordo durationis, et ordo perfectionis, duo ultimi nõ reperiuntur
in diuinis, ſꝫ tm̃ duo primi, qꝛ ſm Aug. de fide ad Petrũ una ꝑ
ſona nõ eſt alia prior ꝑfectione nec duratione. Sciendum tñ ꝙ
ſimpr͛ primus ordo in diuinis ẽ ordo nature, et ſecundus eſt or
do originis, ſed iſte eſt duplex, unus in primo inſtãti nature et
eſt ordo originis ſimpr͛ quo perſone diuine ꝑducũtur in eẽ diuĩ
no et infinito. Secũdus ordo originis eſt in ſecũdo ſigno nature
quo perſone diuine dicuntur ꝑduci ſecũdũ eẽ ſm qd ita ꝙ il-
lo ordine non dicitur uerbũ generari ſm eẽ diuinũ, ſed ſm eſſe
ſm quid, ut uꝫ ſit uerbũ lapidis. Quit ſit primũ. ſi. nature doc.
declaret, et pꝫ lr͛a. Secũdũ inſtans nature eſt quãdo compara
tur obiectũ ſecũdariũ intellectui diuino et uo. ũtati diuine. No-
ta ibi duos modos dicẽdi, unus et eſt doc. ꝙ creature ante ꝑdu-
ctionẽ earũ in eſſe cognito nullũ penitus eſſe hñt ſed primũ earũ
eſſe eſt eſſe cognitũ, et ita intelligẽtia dei producũtur in eẽ co-
gnito, et ſic non pertinẽt ad memoriã diuinã ſed ad intelligẽtiã
diuinã, qꝛ eſſe cognitũ nõ eſt eẽ memorie, ſed eẽ in actu intelli-
gibile bene pertinet ad memoriã, et ſic tenẽdo cõſtat qd uerbum
nõ producitur de creatura. Sꝫ de his que ſunt in memoria prĩs
et creature nõ pertinent ad memoriã ſꝫ iſtũ modũ dicẽdi doc.
et ſic ſoluũtur ille due inſtãtie in principio articuli poſite. Sed
alius modus dicendi eſt ꝙ creature ante eẽ cognitũ a deo habẽt
eſſe cognoſcibile, et ſic ꝑtinerent ad memoriã, ſed nõ ꝑtinent ad
memoriã in inſtãti primo nature, ſꝫ in ſecũdo ſolũ inſtanti na-
ture, qꝛ tunc compatur obiectũ ſecũdariũ diuino intellectui et
diuine uoluntati ut patet ex doctore. Et ex hoc pꝫ cõcluſio hu-
ius ſecundi articuli in quo queritur utrum cauſalitas reſpectu
omnium cauſabiliũ in eſſe cognito et uolito neceſſario ſit in tri-
bus, et patet ꝙ ſic, quia intelligentia eſt cõicata tribus in inſtan
ti primo nature in quo ponitur totus primus ordo originis, et ip
ſa eſt principium producẽdi creaturas in eſſe cognito, et ſimili-
ter uoluntas eſt cõicata tribus que eſt principium producendi
res in eſſe uolito, et ita talis cauſalitas de neceſſitate eſt in tri
bus cum talis ordo originis ſit neceſſarius. ¶ In ſecundo eti-
am inſtanti nature poteſt aſſignari quidam ordo originis, quia
pater prius origine etc. Nota ibi ſed iſte ſecundus ordo origi-
nis etc. ꝙ iſto ordine non producitur uerbum in eſſe uerbi diui
ni nec ſpiritus ſanctus in eſſe ſpiritus dei ſiue in eẽ amoris dei
ſed uerbum producitur in eſſe uerbi lapidis et ſpiritus ſanct⁹
producitur ut ſit amor lapidis, et ita dicuntur ꝑduci quaſi in
eſſe ſecundum quid, quia uerbum producitur ut ſit uerbũ lapi-
dis et ſpiritus ſanctus ut ſit amor lapidis et eſſe ſimpliciter
uerbi et eſſe ſimpliciter ſpiritus ſancti precedit iſtud eſſe ſe-
cundum quid ſicut primum inſtans nature precedit ſecundum.
In primo enim inſtanti nature ſolum comparatur eſſentia in-
tellectui diuino et uerbum ꝙ ex tali memoria producitur eſt
ſolum uerbum diuine eſſentie ſiue noticia genita diuine eſſen-

tie, et ita noticia illa cum ſit adequata obiecto eſt noticia geni ta ſimmus obiecti infiniti uidelicet eſſentie diuine, et tale eſſe uer bi eſt eſſe ſimpliciter eius ſicut in exemplo doctoris eſſe plato nis et eſſe ſuum in primo ſigno nature eſt eſſe humanum, et ita eſſe ſimpliciter aeternum. In ſecundo ſigno habent eſſe viſibile ꝙ eſſe, eſt eſſe quaſi ſecundum quid eorum. Ita uerbum eſſe no ticiam genitam lapidis eſt eius eſſe quaſi ſecundum quid. Sed eſſe noticiã genitam infinitam eſſentie diuine eſt eius eſſe ſim pliciter ita dicatur de ſpiritu ſancto. Et ita ipſum produci a patre in tali eſſe, eſt ipſum produci in eſſe ſimpliciter, et ſim pliciter gigni, ſed ipſum uerbum produci a patre ut ſit noticia lapidis non eſt ipſum produci in eſſe uerbi diuini, ſed in eſſe uerbi, et noticie lapidis ¶ Sed oritur difficultas ſi pater pri us origine producit lapidem in eſſe cognito, et ita gignit filium in eſſe noticie lapidis utrum uerbum poſſit producere lapidem in eſſe cognito, et ita ſe ipſum ut ſit noticia genita lapidis, et ui detur ꝙ non quia ſi pater prius origine producit lapidem in eſ ſe cognito ꝙ̃ filius producat igitur uel filius non producet uel lapis bis producetur uel ſaltem prius intelligitur eſſe produ ctus a patre ꝙ̃ producatur a filio. Reſponſio ad hoc patet in doctore quia et ſi pater prius origine producat lapidem in eſ ſe cognito ideſt a ſe et filius a patre habet hoc, et ſpiritus ſan ctus habet hoc a patre et a filio, tamen iſte tres perſone produ cunt ſimul in eodem inſtanti nature, quia in ſecundo inſtanti nature, in quo inſtanti completur totus ſecundus ordo orig nis quia pater a ſe producit lapidem in eſſe cognito, et ita produ cit et generat uerbum in eſſe noticie lapidis et uerbum a patre habet illam uirtutem generandi ſe ipſum, ut ſit noticia lapidis genita, quia accipit intelligentiam lapidis a patre, et ſpiritus ſanctus producit lapidem in eſſe cognito et ꝙ producat acci pit a patre et filio, et ita producit uerbum, ut ſit noticia lapi dis genita. Nec eſt intelligendum ꝙ producatur uerbum a patre una productione, et a ſe alia ꝓductione, et a ſpiritu ſan cto alia. Sed una et eadem intelligentia producitur a tribus et unica productione ſiue generatione, uel originatione ſecundum quid, quia ab intelligentia ut in tribus tanquã a principio for mali quo et a tribus perſonis tanquã a principio quod eſt ori ginatio iſta uerbi in eſſe ſecundum quid. ¶ Sed eſt alia dif ficultas, quia cum iſta originatio ſecundũ quid ſit a patre pri us origine, et ita producatur lapis in eſſe cognito, et ita intelli gentia ut in patre intelligatur habere terminum adequatum, cũ pater nihil accipiat a filio et a ſpiritu ſancto, uidetur ꝙ filius non poſſit illa intelligentia ſibi communicata a patre iterum la pidem producere in eſſe cognito, quia uidetur illa potentia pro ductiua lapidis in eſſe cognito habere in filio terminum adeq̃ tum. Sicut etiam uerbum non poteſt generare uerbum, quia ha bet memoriam fecundam in ſe ut preintelligitur habere termi num adequatum qui eſt ipſe filius cui pater communicat memo riam habentem terminũ adequatum, ita uidetur a ſimili ꝙ pa ter a ſe producendo uerbum in eſſe cognito lapidis cõmunicat ſibi principium tale, uidelicet intelligẽtiã ut habet in uerbo ter minum adequatum uidelicet ipſum uerbum lapidis. Dicit doctor ꝙ non eſt ſimile de productione ſecũdum quid, et de productio ne reali, in illo enim ſigno in quo pater generat filium ſecundũ eſſe uerum, et ſimpliciter, communicat ei eſſentiam et memoriam a qua eſt generatio filii ſimpliciter, et ipſe filius eſt terminus illius generationis ſecundum eſſe ſimpliciter, nec poteſt filius p̃ cedere illam generationem, ſed eam ſequitur neceſſario, et ideo dato ꝙ habeat memoriam non poteſt tamen illa generare, quia oporteret ut eſſet prior illa generatione cuius memoria ẽ pri cipium, et ita haberet potentiam generatiuã ante eẽ genitum qđ repugnat filio, ſed in originatione ſecundum quid bene poteſt

filius ſecundum eſſe ſimpliciter precedere illam. quia uerbum diuinum, ut diuinum eſt, precedit intelligentiam patris ut illa reſpicit lapidem pro termino adequato, et ita etiam uerbũ di uinum ſecundum eſſe diuinum precedit illam generationem ſecundum quid, qua uerbum dicitur generari a patre in eſſe no ticie lapidis, licet igitur uerbum non poſſit precedere genera tionem ſimp͛ et ita nõ poſſit generare uerbũ, pt tñ p̃cedere ge nerationẽ ſuimet ſm quid, et ita generare ſe ſm eẽ ſm quid, et ſimilr ſpũs ſctũs põt p̃cedere illã generationẽ ſm qđ uerbi, et ita generare uerbũ ſm quid, et ita ꝓducere lapidẽ in eẽ cogni to et uerbũ generare ſꝫ illud eẽ, et hoc eſt qđ dicit doc. in lr̃a et ideo põt ſtare cũ hoc ꝙ productio eius. ſ. ſm qđ p̃cedat ſic ali quod originatũ. i. originatũ ſm qđ, quia originatum ſm qđ prece dit originatũ ſm qđ, qa generatio qua uerbũ ꝓducitur ut ſit no ticia lapidis precedit ipſum uerbum ut ſic. tñ hoc poteſt ſtare cũ hoc ꝙ illa originatio ſm quid nõ precedat originatũ ſimpli citer. i. illa originatio uerbi ut ſit lapidis non precedit eẽ uerbi ſimpliciter ſed ſequitur. et uerbum precedit. Sed dato ꝙ hoc ſit uerũ ſtat tñ ſemper difficultas quõ uerbum põs producere la pidẽ in eſſe cognito, cum pri⁹ producatur a patre in tali eſſe. p̃t dici ꝙ licet prius origine producat pr̃. i. a ſe lapidem in eſſe co gnito, nõ tñ prius natura nec alio prĩcipio ab illo qđ eſt i filio nec alia originatione ab illa qua filius et ſpũs ſanctus pro ducũt, cũ idem principium ſit in tribus ut oſtenſum eſt ſupra. Sed difficultas doc. eſt cũ pater producendo filium ſm eẽ di uinũ et ſimpliciter cõicet ei principiũ gñationis. ſ. memoriam ut hñtem terminũ adequatũ et pro tanto fili⁹ nõ põs generare, ita uidetur ꝙ pater producendo filiũ in eẽ ſm quid cõicet ei intelli gentiã ut eſt lapidis et aliarũ creaturarũ ut hñt terminũ ade quatũ, quia pater nihil accipit a filio ut producat lapidẽ in eẽ cognito, ſed ex ſe producit, et ita uidetur ꝙ filius illo principio non poſſit producere lapidẽ in eſſe cognito ſicut nec memoria diuina producere põs ſe ipſum i eſſe reali. Rñdet doc. gloſando illã propoſitionẽ uidelicet potẽtia prehabẽs origine terminum adequatum, ante ꝙ̃ ſit in aliquo nõ eſt illi principium producẽ di, non eſt uera niſi limitetur ſic ꝙ illud cui cõicatur illa poten tia non poſſit realiter habere eſſe ante terminũ illius potentie et iſto modo uerbum in eſſe ſimpliciter non põt eſſe realiter añ generationem ſimpliciter que eſt a memoria patris, immo uer bum neceſſario ſequitur illam generationem, nec poteſt habere principium producendi ante ipſummet genitum, tamen non eſt ſic in generatione ſecũdũ quid, quia uerbũ ſm eſſe ſimpliciter ẽ ante generationẽ eius ſm quid, et habet principiũ producendi ſe ipſum in tali eſſe, ideo dato ꝙ lapis ſit productus in eſſe co gnito a patre poteſt tamen produci a filio, non tamen alia ori ginatione, ſed eadem cum patre. Alia gloſa eſt ꝙ ſi illa poten tia que prehabet origine terminum adequatum ſit comunicata alicui, et ille terminus non poſſit ſecũdo produci ab illo cui ta lis potentia communicatur tunc habens illam non poteſt termi num illius potentie producere, ſed non eſt ita in productione creaturarũ in eẽ intelligibili, quia et ſi pater cõicat principium illud filio, tamen terminus illius principii põt ſecũdo generari a uerbo et. 3°. a ſpiritu ſctõ, ita ꝙ ly 2° non notat aliam et aliã originationem ſed modũ originis. Sed dicit Sco. ꝙ iſta reſpon ſio deſtruit poſitionem communem in ſeptima diſt. poſitam, que eſt ꝙ ideo filius non poteſt generare, quia habet principium ge nerationis cum termino adequato, illi enim qui tenerent ꝙ fili us poſſet generare negarent ꝙ memoria habeat in filio termi num adequatũ, immo dicerent ꝙ illo principio poſſet filius unũ alium filium generare, et ita uideretur petitio prĩcipii, ideo di cit doctor ꝙ illa non eſt tota ratio quare filius non poteſt gene rare, ſed oportet addere ꝙ filius habet terminum adequatum

illi principio non producibilem ab illo cui communicatur tale principium et hoc eſt uerum de filio ſi enim talis terminus eſt producibilis ab illo cui communicatur principium, tunc principium comunicaretur ei in ratione principii productiui, et tunc illo poſſet pducere, et iſto modo memoria ſimpliciter cōicatur filio ut habet terminū adequatū nō ſecundo producibilem a filio ſed non eſt ita de principio productiuo uerbi in eſſe ſm quid quia et ſi illud principium habeat terminū adequatum.ſ.lapidē cognitum uel uerbū ut eſt noticia lapidis ille tamen terminus communicatur ei ut ſecundo producibilis a uerbo, et ita uerbū poteſt producere lapidem in eſſe cognito et ſe ipſum producere ſecundum eſſe ſm quid. Et ſi queras ſi uerbum habet candē numero memoriam cum patre quare ergo non communicatur ei ſub ratione principii productiui, uidetur ꝙ oporteat aliam rationem aſſignare ꝙ̄ iſtam uꝫ quia habet terminum adequatum, cauſam huius querimus unde ibi ſit terminus adequatus. Ideo aduertendum ꝙ tres ſunt modi in doc. dicendi unus in primo di. ſecūda ꝙ potentia generandi preintelligitur prius origine ꝙ̄ ſit in filio habere terminum adequatum. Secūdus modus eſt in iſta.q.ꝙ os q̄ hn̄s principiū generādi ſit prius genito, et prius generatione ſimpliciter ad hoc ꝙ generet et hoc repugnat filio. Tertius modus eſt ꝙ memoria fecūda eſt de ſe hec et generatio filii eſt de ſe hec et filius eſt de ſe hic, et illa memoria fecūda ut pductiua eſt determinata reſpectu huius generationis ꝙ non pōt habere aliā et illa generatio eſt ita reſpectu huius filii ꝙ nō pōt eē alterius. Et ſi queras quare nō pōt habere aliam generationē et illa generatio alium terminū? Dico ꝙ qcq̄d eſt in diuinis eſt de ſe hoc, et ideo nō pōt eſſe alia generatio, immo ſi poſſet alia generatio et alius filius eſſe, ibi eſſent, quia in eternis non differt eē a poſſe, et ſi poſſent eē due gn̄ationes poſſent eē.3.et ita īfinite, et ita eēnt īfinite generatiōes et infiniti filii.

¶ DE TERTIO ARTICVLO ibi nota de eēntialiori habitudine cāe ad effectus et ecōtra quam ſit habitudo unius effectus ad aliū effectū priorē qui ambo ſunt ab eadem cā. Effectus enim eēntialiter dependēt a cā, et nō pñt eē ſine illa maxime ſi ſit prima, ſed ſecundus effectus nō eēntialiter dependet a primo, et ideo quantūcunq; ſit neceſſitas aliqua inter illos effectus uel quaſi effect⁹ ſi p impoſſibile tollatur illa neceſſaria hītudo effect⁹ ad effectū adhuc ſemp ſtabit hītudo magis neceſſaria effect⁹ ad cām, q2 pp minus impoſſibile cōceſſum nō debemus magis īpoſſibile cōcedere nec pp minus neceſſariū negatū debemus magis necc^m negare, minus īpoſſibile ē ꝙ ignire nō dependeat a calefacere ꝙ̄ ꝙ ignire nō dependeat ab igne. Et iō ſi qs ponat p impoſſibile ut ignis igniat, et nō calefaciat ꝙ̄uis hoc ſit īpoſſibile nō tñ qs debet cōcedere ꝙ ſi ignis nō poſſit calefacere, ꝙ nō poſſit ignire, q2 p caſus tollitur hītudo ignire ad calefacere, ſꝫ nō tollit hītudo ignire ad ignē q̄ eſt magis neceſſaria, et ideo cōceſſo hoc īpoſſibili minus, ignis nō pt calefacere, nō eſt cōcedēdū hoc īpoſſibile maius ig^r nō pt ignire q2 et ſi tollatur hītudo ignire ad calefacere nō tñ tollitur iſta magis neceſſaria que ē ignire ad ignē. Et nota ꝙ ignire īmediatius ſe hꝫ ad ignē ꝙ̄ ad calefacere, et ꝙ̄ calefacer̄ ſe hēat ad ignē, q2 et ſi calefacere ordine gn̄ationis prius ſit ꝙ̄ ignire pricipiū tñ eius nō ē ignis, ſꝫ calor in igne, ſꝫ principiū ignire ē ipē ignis et iō īmediatius ſe hꝫ ignire ad ignē ꝙ̄ calefacere, et ē hītudo effectiue ad ſuā cām īmediatā, ignire aūt ad calefacere hꝫ hītudinē effectiue ad effectū. Ad ppoſitū ab eodē pricipio in diuinis ſunt due pductiones ab intellectu pductio uerbi ſimp^r neceſſaria, pductio lapidis in eē cognito. Si^r uolūtas diuina ē principiū ſpirationis ſpūs ſcti que eſt ſimp^r neceſſaria, et principiū productionis rerū ad extra in eē reali q̄ eſt cōtingens eēntialior ē hītudo īntellectus, et uolūtatis ad utranq; pductionem ſuā, ꝙ̄ ſit hītudo pductionis ad productionē, nulla enim productio pōt eē ſine principio, et tñ pductionē unā eē alia p impoſſibile nō exn̄te nō īplicat cōtradictionē, q2 una pductio in intellectu ſuo ſiue in rōne formali nō includit aliā, ita ꝙ productio lapidis in eē cognito non includit in rōne ſua pductionē uerbi ī eē ſimp^r, ideo ſi per impoſſibile eēt tm̄ una pſona et illa haberet intellectū infinitū, pductio ad intra nō eēt, q2 iam nō eēt tm̄ una pſona ſed due, et tñ illa una perſona poſſet pducere lapidē in eē cognito, q2 hēret intellectū pfectū potētē oīa intelligere et ita potentē producere oīa in eſſe cognito, et hoc eſt ꝙ dicit Sco. ꝙ ex rōne huius termini.ſ. productio ad extra, nō uidetur neceſſario concludere ꝙ ipē ſit in tribus .i. nō uꝫ iſta ꝯn̄a ī deo eſt pfecta pductio rerū in eē cognito ig^r illa pductio eſt in tribus. poſſum ſine ꝯtradictione intelligere ſtare oppoſitū ꝯn̄tis cū an̄te, non ita hic, hō ig^r aīal, q2 in hoīe includitur aīal nō ſic in pductione ad extra includitur productio ad intra; ſed illa neceſſitas eſt ex rōne principii, ꝙ neceſſario eſt prius pductiuum circa eēntiam diuinam, ꝙ̄ ſit pductiuū obiecti ſecūdarii. Et ideo ſi eſt neceſſitas pductionis ad productionē eſt ex principio productiuo puta ex intellectu diuino nō ex hoc ꝙ productio ad extra includat pductionē ad intra, immo ſi eſſet talis incluſio qualis eſt hoīs ad aīal eēt caſus oīno īpoſſibilis, q2 īplicans ꝯdictionē in primo mō, et non eēt admittendus.

¶ AD QVESTIONEM NOTA ibi tres concluſiones. ¶ Prima cōmunis duas uꝫ cāliꝫ perfecta reſpectu cābilium extra in eſſe reali de neceſſitate eſt in tribus. ¶ Secūda, cauſalitas reſpectu cāuilium extra in eē ſm q̄d cognito et uolito de neceſſitate eſt in tribus. ¶ Tertia ſi per impoſſibile eſſet tm̄ una perſona abſoluta in diuinis illa cālitas nō eēt in trib⁹, ſed perfecta reperiretur in illa una pſona, et rō dicta eſt.

¶ AD SECVNDVM ARGVmentū ſunt tres ſolutiones. Prima ſumitur ex.12.diſt.primi ꝙ pr̄ et filius hn̄t idē principium productiuū ſpiritus ſancti.ſ. uoluntatem fecundam, et quia illud principiū eſt tm̄ unū ī duabus pſonis nō dicūtur duo ſpiratores, ſꝫ unus ſpirator, et uniciū hn̄t actū ſpirandi nec uꝫ ſunt duo ſuppoſita, concedo igitur due actiones ſiue due ſpirationes negatur cōſequentia, quia illa duo ſuppoſita non habent ī ſe niſi unicum principiū a quo prouenit tm̄ unica ſpiratio, nec ualꝫ actio eſt ſuppoſiti, ſ^r plurium ſuppoſitorū plures actiones negetur, q2 nō eſt uera niſi qn̄ illa ſuppoſita hn̄t diuerſa principia, tūc hn̄t plures actiōes alr̄ ñ. ¶ Secūda rūſio ſumit ex.4.di.primi hic deus eſt propriū q̄d deitatis, et de iſto q̄d primo dicitur creare, et in hoc deo eſt principiū unū creandi.ſ. uolūtas una, et una creatio, ſꝫ creatio non ultimate denominat hunc deum ut ſubiectū, ſed ultimata denominatio ſtat ad ſuppoſita.3. quibus communicat ſe hic deus, et ideo quia in iſtis.3. ſuppoſitis eſt hic deus habens unum principium creādi, ideo ab eis eſt tātum una creatio et non plures. ¶ Tertia rūſio ſumitur ex di.20.primi lib. ubi dicitur ꝙ oīpotentia una eſt in tribus, et ab illa una tantum creatio. ¶ Tertium argumentum pretendit ꝙ creatio nō ſit in trib⁹ pſonis nec cālitas prima ſit in tribus, q2 illa cālitas ē a uolūtate q̄ ē q̄d eēntiale, et gn̄are ē a pr̄e q̄ ē q̄dā pſonale ſiue pſona, et ſicut prius^m ad prius^m ita actio ad actionē, et uolūtas ē prius pſonali ſ^r creatio q̄ ē actio uolūtatis eſt prior gn̄atione filii q̄ ē productio a pr̄e, et ita actio ad creaturā nō erit in tribus. In rūſione attende ꝙ ſꝫ uolūtas ad ſe et abſolute cōſiderata ē prior notionali, et ipā uolūtas ē prius^m pductiōis ad ītra, et prius^m pductiōis ad extra, nec unꝙ̄ ē pximū principium productionis ad extra niſi intelligatur prius principiare ad intra. Et ita licet uoluntas abſoluta ſit prior notionali non tamen uoluntas ut productiua creature ē prior aliquo notionali, immo nec ſe ipſa ut productiua ad intra, imo

uolẽtes et ꝓductiua ad intra ꝑcedit ſe ipſam ut ꝓductiua ad extra. ¶ Quia argumẽta ī oppoſitum cõcludunt cõtra cõcluſionem 3. articuli ideo ſol. 3. rõnes ꝓpõne plus cõueniunt ī creatione ꝗ̃ ſubſtãtia ignis et calor eius ī generatione ignis, ſunt .n. ille .3. ꝑſone unus creator et unicã hñt creationem et ſunt indiuiſe in actione ad extra, tamen ſʒ p impoſſibile etc. ¶ Ad 2ᵐ ꝓcedit de facto qa ꝓductio ad ītra de facto eſt prior ꝓductiõe ad extra, non tamen formaliter ut cauſa .i. prima productio nõ ē cauſa 2ᵉ ſed ambe ſunt ab eodem principio .ſ. intellectu et uoluntate nec productio ꝑſupponit ꝓductionem ſub rõne qua eſt productio qꝛ 2ᵃ non includit primã ſicut homo animal, ſʒ unde eſt ꝙ una aliam ſupponit hoc eſt qa id eſt principiũ .ſ. uolũtas īmediatius cõparatur ad productionẽ ad intra et mediãte illa cõparatur ad ꝓductionem ad extra.

Queſtio Secunda.

SECVNDA QVESTIO AN DEVS Poſſit aliquid creare. ¶ Quid ſit creare habetur in lr̃a. Nota ꝙ ſm Anſel. monolog. c° 8. ꝙ de nihilo accipit multipliciter, uno° materialr. et iſto mõ omnes philoſophi cõſenſerunt ꝙ ex nihilo nihil fit, primo phyſicoꝝ īpoſſibile eſt .n. ut nihil ſit materia alicuius entis. Secũdo° capitur cauſaliter ut ſit ſenſus nihil eſt cauſa alicuius et ſic ex nihilo nihil fit qa īpoſſibile eſt ꝙ nihil aliqd efficiat. Tertio modo accipitur ordinabilir ut ſit ſenſus ex nihilo aliqd fit .i. poſt nihil aliqd fit. Et iſto° concedit Auicẽ. ī ſua metaphyſica, et Ariſt. ī ſua et alii ualẽtes philoſophi ex nihilo aliqd fieri .i. poſt nihil. Sed iſtud de nihilo ordinabiliter adhuc accipit dupr̃ .ſ. ut ly nihil eſt tantum prius natura producto alio° ut de nihilo notat ordinẽ durationis, primo modo cõcedit Auicẽna creationẽ intelligẽtiaꝝ a prima et a ſe inuicem, ut nõ eſſe eaꝝ tm̃ natura ꝑcedit eẽ, quia dicit primam cauſam neceſſario cauſare qd īmediate cauſabit ita cauſat qñ põt cauſare, põt aũt ab eterno cauſare igitur ab eterno cauſat quia in neceſſariis nõ drẽ eẽ a poſſe. Sed nota ꝙ adhuc ordo nature accipitur dupliciter poſitiue .ſ. et priuatiue poſitiue illud eſt prius natura altero ꝙ ē eius poſitiuũ et poſterius natura ſimilit eſt eius poſitiuum et ambo illa ſimul īſunt illi cui dicitur cõuenire, ſed unũ illoꝝ prius natura ineſt altero. Exẽplum eſt in lr̃a animal rationale, homo duo pᵃ in ſunt homini ſed prius natura animal ī eſt homini et dr̃ de homine ꝗ̃ rationale, et poſterius natura ineſt homini rationale et dicitur de hoĩe, prius natura priuatiue eſt illud ꝙ eſt priuatiuũ et nõ eſt ut ī ſit illi cui dicitur primo cõuenire, ſed ī eſſet prius ſuo poſteriori natura ſi nõ impediretur et iſto° priuatio forme comparãdo ad materiã cui īſunt, prius natura ineſt materie priuatio ꝗ̃ inſit forma. Nota ꝙ iſta duo ī ordine ad materiã nõ ita ſe habẽt ſicut al' et rationale ad hominẽ, qa illa ambo inſunt homini, nõ ſic priuatio et forma inſunt materie, quia opponũtur; priuatio et forma corrũdens illi priuationi, nec ita ꝙ priuatio prius ī ſit ꝗ̃ forma; qa ſtat ꝙ deus ꝓducat quoddã totũ et totaliter ita ꝙ producat de nouo materiã et formã ī materia tũc priuatio nõ prius natura ineſt materie ꝗ̃ forma, ineſſet tñ prius priuatio materie ꝗ̃ forma ſi agens nõ daret materie formã. Et ī hoc cõſiſtit prioritas nature priuationis ad formã reſpectu materie qa poſita entitate materie et remota uel circũſcripta omni cauſa prima uel 2ᵃ extrinſeca materia nõ habebit formã et tamẽ habebit priuationẽ forme in ſe, ſʒ nõ eſt ita de forma, īmo forma nũqꝫ erit ī materia niſi p actionẽ alicuius cauſe extrinſece et pro tanto priuatio dicitur prius natura ī eẽ materie ꝗ̃ forma. Non eſt tñ intelligẽdum ꝙ priuatio ſit de quidditate materie, quia materia eſt qd poſitiuũ et de qdditate poſitiui non eſt aliquod priuatiuũ. Et ꝑꝑ hoc dicũt qdam ꝙ ſi circũſcribatur a materia quicquid non eſt de ratione formali eius remanẽte qd dimitte materie utrũ diceretur priuata dico ꝙ nõ quia materia eſſet neutrum materia nec priuata nec nõ priuata ſicut equitas eſt tm̃ equitas ī primo°, nec una nec plures, nec ꝯ forma ē de quidditate materie ſed ſunt duo principia realiter diſtincta, ita intelligo impropoſito de creatura, iſta .3ᵃ. eẽ non eſſe, creatura cõparando eſſe et nõ eſſe ad creaturam, non eſſe priuatiue prius natura ī eſt creature ꝗ̃ eſſe, quia ad hoc ꝙ creatura non ſit ſufficit circũſcribere omnẽ cauſam extrĩſecam dantem eſſe creature qua circũſcripta creatura non erit, ſed ad hoc ꝙ creatura ſit oʒ ponere aliquam cauſam dãtem ſibi eẽ. Non eſſe tamen nõ eſt de ratione formali creature quia tũc conueniret ei ī primo modo dicendi per ſe et ei repugnaret eſſe, et deus nõ poſſet illi dare eſſe. Nec etiam eſſe eſt de ratione formali eius, quia tũc eſſet ens per eſſentiã et ita eſſet deus. Et hoc ē ꝙ dicit doc. creatura nec habet eſſe ex ſe formalr̃ .i. eſſe non conuenit formaliter creature ſiue non ꝑdicatur ī primo mõ dicendi per ſe de creatura accipiẽdo eſſe exiſtere. Nec etiam iſta propoſitio eſt uera creatura habet non eſſe ex ſe formaliter .i. non eẽ, non conuenit creature ī primo modo quia tunc non poſſet habere eſſe. Et ſi dicas habere eſſe ex ſe formaliter, habere non eẽ ex ſe formaliter ſunt ꝯdictoria ſicut hr̃e eẽ, habere nõ eẽ. Dico ꝙ cũ ly ex ſe forʳ nec una nec alia eſt uera nec ſunt ꝯdictoria iſta bene ꝯdicũt creatura hẽt eẽ ex ſe forʳ. Creatura nõ habet eſſe ex ſe forʳ iſta ē uera et prima falſa et ſunt ꝯdictoria qa hic ī 2ᵃ uerbũ principale negatur .ſ. ly hẽt, et ita iſta eſt ꝓpria cõcedẽda creatura nõ hʒ eẽ ex ſe formalit. ¶ Proponitur ergo .q. utrum deus poſſit aliqd de nihilo producere ī eſſe, ſic ꝙ de nihilo notet ordinẽ nature priuatiuũ .i. utrum poſſit creature ꝗ̃ ſibi nõ eẽ, prius natura priuatiue ī eſt ꝗ̃ eẽ in ſit, deus dare eẽ. Et iſte eſt primus articulus .q. Egidius ꝓbat ꝙ ſic et rõ pʒ ī lr̃a. Et dicit doc. ꝙ illa rõ adducitur pro 2° membro ut ly de nihilo notet ordinẽ durationis .i. deꝰ poſt nihil duratiõe põt creature dare eẽ et ita creaturã de nouo ꝓducere. Sed dicit doc. ꝙ ibi rõ nõ ualet qa et ſi cõcedãt philoſophi deũ aliqd de nullo ꝓſuppoſito poſſe ꝓducere et ita de nihilo negant tñ ꝯñs ꝙ illud noniter poſſit ꝓducere ſed dicũt ꝙ illud tale producit neceſſario et ita ſempiternaliter. Nec ꝯña tenet ex forma uã in actione ſua non ꝑſupponit ens ī actu ſed tm̃ ens ī poᵃ, igr̃ natura põt ꝓducere aliqd de nouo ſm eẽ ī actu nõ ſeʳ ſtat oppoſitũ ꝯñtis cũ añte, ſtat .n. ꝙ nã nõ ꝑſupponat ens ī actu et tũ ꝓductũ a natura nõ ſit nõ et taliter nouũ ſʒ eẽ ī actu qa materia hʒ eẽ ī actu nõ nouũ ſed antiquũ eẽ a deo creatũ ſm theologos et ſm phõs materia hẽt eẽ a ſe ī creatum et nõ generatũ. Sed nec uʒ ad pᵐ mẽbrum ut de nihilo notat ordinẽ nature et pʒ lr̃a. Ratio doc. ē rõ Aui. deus põt īmediate aliqd cãre, igr̃ põt creare, añs ē manifeſtum ſi addat hoc deus eſt pᵐ agens, igr̃ põt īmediate aliqd cãre, qa ſi nõ, nec mediate cãre põt, igr̃ nihil poſſet cãre, iʳ nõ eẽt primũ efficiẽs ꝙ ē oppoſitũ añtis ꝙ nõ poſſit aliqd p° cãre mediate, qa ꝗ̃ro qd mediabit īter ipm̃ et effectũ ſuũ, aut cã alia aut cãtum ſi cãtũ, igr̃ illud fuit ab eo cãtũ, qa nihil ē ꝙ nõ cauſet a pᵃ cã, ſi cã illa erit cãta a pᵃ et īmediate, iʳ aliqd īmediate cãt, nihil .n. eſt ꝙ nõ habeat eẽ a p° efficiente, ſi igitur aliqd īmediate cãt, igitur põt creare ꝓbatio ꝯñe pʒ ī lr̃a. ¶ De 2° membro, ut ly de nihilo notat ordinẽ durationis philoſophi negãt deum poſſe ſic creare, patet lr̃a, ibi nota, et ita nec mediatũ nec īmediatum effectum contingenter producet de nihilo, non īmediatum effectum quia illum producit neceſſario ſm eos et ita non cõtingenter, nec de nihilo ordine durationis, ſʒ ab eterno, nec mediatum contingenter producet de nihilo quia quicquid producit neceſſario producit et ita non cõtingenter, nec producit effectum mediatũ de nihilo ſm ordinẽ duratiõis ſʒ de aliquo ꝑſuppoſito.

Sed contra iſtud arguit doc. ſic. deus contingenter cauſat quicquid cauſat ad extra, quia deus neceſſario non reſpicit creaturas, ſed contingenter, et in hoc diſcordant theo. a phis, ſed igitur nō neceſſario cauſat creaturam, igitur non eſt neceſſe ut eam cauſet ſempiternam, ſed tamen ſm philoſophos poteſt cauſare intelligentias nullo eius preſſuppoſito ſed neceſſario et ab eterno, ſed ſi cauſat contingenter eque poteſt eam cauſare de nullo eius preſſuppoſito igitur poteſt contingenter eā creare, quia modus cauſandi libere et contingenter eſt modus non minus perfectus quam modus cauſandi naturaliter, imo iſte eſt impoſſibilis deo ut patuit di. 8. p. et modus cauſandi contingenter eſt conueniens deo. ſi igitur ubi deus cauſaret naturaliter et neceſſario poſſet creare intelligentiam ab eterno, igitur ubi deus cauſabit contingenter et libere adhuc poterit creare intelligentiā non neceſſario ab eterno, et ita noviter poterit creare et ita in tempore. Ibi nota ſm Ariſt. oē neceſſarium eē ſempiternum quia neceſſe eē non pōt non eſſe et iſta eſt vera ſed nō eſt q omne ſempiternū ſit neceſſarium q.q. Ariſt. teneat oppoſitum, et in hoc reprehendit platonem primo celi, quia plato poſuit intelligentias ſempiternas que tamen quantum erat ex ſe poterāt nō eē, et ita apud eum non ſequitur hoc ē ſempiternū, igitur neceſſariū. uide di. tū platonis in Aug. de ci. dei li. 13. cap. 16. Ibi dicit ſic, nos qui deorum ſatu orti eſtis, attendite quorum operum ego parens effectorque ſum hoc ſunt indiſſolubilia me nolente quamquam eē colligatum ſolui poteſt, ſed haud quaquā bonū, rōne iunctum uelle diſſolueret. Sed qm orti eſtis mortales uos quidem eē et indiſſolubiles nō poteſtis, nec unquam tamen diſſoluemini neque uos ulla fata mortis piment nec erūt ualē tora quam conſilium meū quod maius eſt uinculū ad perpetuitatē ueſtrā, quam illa quibus eſtis tunc cum cōnectebamini colligati. Vbi aperte dicit intelligentias eē diſſolubiles et eē eternas licet nunquam diſſoluentur et in hoc cōcordat cū fide, nō omne ergo ſempiternū eſt neceſſariū. Et ſi etiā ſm theologos aliquos deus creaſſet angelos ab eterno (quod non implicat ut patebit l. 3. q. huius di.) illi eēnt ſempiterni, nec tamen haberēt entitatem neceſſariam. Sed inſtabis huic rationi quia non eſt ubi eſt contingentia in effectu quod inferatur poteſtas ad nouitatē. n. non ſequitur deus contingenter poteſt creare. a. igitur pōt de nouo creare. a. ſi ante ponitur contingentia cauſationis, non apparet quod ex illo ante inferatur illud quod igitur poteſt creare. a. de nouo quia ſi illa quā bona ſit igr et iſta deus uult contingenter. a. igr poteſt de nouo non uelle. a. aīs eſt uerum et quīs falſum, igitur quīs nulla, et eſt ſm ſis prima igitur. Reſpondetur negando ſimilitudinem quia prima eſt bona et 2ª non, quia 2ª non ſit bona p3. quia uolitū non ē uolitum niſi per aliquē actum uolendi ſequitur. n. hoc eſt uolitum igitur actu uolendi ē uolitum nec pōt aliquid eē de nouo uolitum niſi ſit nouus actus uolēdi et ideo cum deus ab eterno uelit quicquid uult non poteſt de nouo uelle nec de nouo nō uelle mutaretur. n. deus ſm actum uolēdi ſi aliquid de nouo uellet ſed ſequitur contingenter cauſat a. igitur poteſt de nouo cauſare. a. et tū nō ſequitur igitur deus pōt mutari quia ex nouitate producti eſt bene nouitas in cauſatione paſſiua ſed non in cauſante, maxime quando cauſa non refertur relatione reali ad cauſatum quod eſt uerum de cauſa prima, hoc patebit magis in ſolutione primi argumēti. Sic igr uidet aliqualiter ſequi quod ſi deus poteſt aliquid contingenter creare (quia philoſophi cōcedunt deum poſſe neceſſario aliquid creare) ſed cū nō neceſſario creet ſed contingenter, igitur pōt de nouo aliquid contingenter creare, quia nō eſt maior rō quare nō poſſit creare non ſempiternum contingenter et ita nouū ſicut poteſt contingenter creare ſempiternū ſm philoſophos licet ipſi dicāt quod neceſſario creet ſed falſum eſt et oppoſitum poteſt demōſtrari ſicut patuit ſecūda di. primi et 8. et 29. ¶ Quod. n. oporteret etc. An cauſatum ſempiternum eſſe ſequatur ex neceſſario creare, et ex hoc quod deus eſt immutabilis utrū ſequitur igitur creat ſempiternaliter. Dicit doc. quod creatum eſſe ſempiternū non ſequitur ex hoc antecedente deus eſt immutabilis concedo igitur creat ſempiternaliter ſtat oppoſitū conſequentis cum antecedente, ſtat. n. quod creatum ſit nouum et deus ſit immutabilis quia nouitas in effectu nō arguit nouitatē in cauſa ut patebit in ſolutione primi argumēti nec ualet deus creat neceſſario igitur ſempiternaliter creat nec poteſt de nouo creare quia aīs eſt falſum et quīs ſimiliter licet quīs uideatur ualere. Arguitur ad iſtud meorum ab aliis. Sed non concludit quia philoſophi dicerent quod effectus nouus eſt a cauſa aliter et aliter ſe habente quia deus nō producit effectum nouū niſi de aliquo preſuppoſito et mediantibus cauſis ſecūdis que pōt aliter et aliter ſe hēre, et ſe ipſas mouere, producit ēt deus iſtos effectus nouos mediante motu celi, et ita partes celi uarie reſpicientes iſta inferiora diuerſos et uarios effectus nouo producūt. ¶ Ad cōfirmationem diceret quod quia motus habet entitatem ſucceſſiuam non poteſt oēs partes ſimul habere, quia hoc repugnat ſucceſſiuo, ideo n. c. eſt ut cōtinue eadē habitudine neceſſaria qua deus mouet celum ſm philoſophos producat nouas partes motus et ſine mutatione dei. Henricus tamen aliter diſtinguit ly de nihilo, quia pōt ſumi de nihilo oīmodo, uel pōt accipi de nihilo ſm eſſe exiſtentie, aliquō tamen ſm eſſe eēntie. Et primo modo dicit Hen. quod non eſt poſſibile quod deus producat ſiue creet aliquid de nihilo, quia deus nō poteſt producere quod nō eſt ex parte ſui poſſibile produci, Auicē. 2° metaphyſice, et Ariſt. primo phyſicorum quod ē poſſibile eſt fieri impoſſibile eſt factum eē, ſi aūt creatura nullum eē haberet nec exiſtentie nec eēntie nullum eē poſſibile haberet imo eēt nihil, et ſm eū unū nihil nō eſt magis poſſibile alio nihil, non. n. apparet ratio quare nihil quod eſt chimera ſit impoſſibile et nihil lapidis ſit poſſibile, igitur deus nō poteſt aliquid producere de ſic nihilo, et ita nec creare. Secūda cōcluſio Hen. eſt quod de nihilo ſm eē exiſtentie aliquomodo habēs eē eēntie ſuper quo fundatur potentialitas ad eſſe deus aliquid pōt producere. Nota modum eius ponendi quia omnipotentia dei ad ſe producere lapidem in eſſe paſſiuo abſoluto, et in illo eē fundatur reſpectus potentialitatis ad deū, potentem lapides producere uide di. 43. primi. Eſt primo abſolutus potentie dei ab illo abſoluto oritur eē abſolutum paſſiuum lapidis, in tali eē lapidis quod ipſe uocat eē eēntie fundatur reſpectus poſſibilis ſic quod lapis eſt poſſibilis produci a deo, et in 4. ſigno nullus eſt reſpectus in deo ad creaturam niſi rationis, uult igr quod deus poſſit producere lapidem de nihilo ſm eē exiſtentie qui tamen lapis habet eſſe eēntie et poſſibile eē fundatum in tali eē eſſentie. Confirmatio eſt clara et nota quod ipſe accipit quod creatura componatur ex potentia tali et actu terminante talem potentiam ſi ſic intelligat eſt impoſſibilis illa cōpoſitio quia opponuntur potentia obiectiua antiquitus et actus eius terminans talem potentiā quia ut ſic potentia et actus diuidunt ens, omne. n. ens aut eſt in actuali exiſtentia aut in potentia ad exiſtere et produci in eē ſi non fuit productum. ¶ Citra ratio p3. Nota quod tota ratio entis poſſibilis contingentis quod eſt obiectum omnipotentie conſiſtit in hoc quod tali enti nō repugnet eē, et quod nō habeat eē ex ſe formaliter neceſſarium, tale eſt eē lapidis in eē cognito. Preterea queritur quod eē habet lapis in termino a quo cū producitur omnipotentia in eē abſoluto paſſiuo, certum eſt quod nō habet eē eēntie nec multo minus exiſtentie igr de ſimpliciter nihilo producitur, ad eē reale et ita ad eē ſimpliciter et talis productio ē creatio quia ei cōuenit diff. niro creationis quia lapis in tali eē ſimpliciter producitur de ſimpliciter. i. oībus modis nihilo. Et tūc iſta productio erit alia a productione lapidis in eē cognito quia dato quod iſta ſit de ſimpliciter nihilo ſicut alia, tamen iſta eſt ad eſſe ſecundum quid, et ita non eſt creatio quia illa eſt ad eſſe ſimpliciter, et alia eſt creatio ad eſſe eſſentie lapidis. Nota tamen quod

aliq dicunt ꝙ creature habent in termino a quo quando producuntur in eſſe cognito, non repugnantiam ſimpliciter, que poteſt dici potẽtia logica priuatiua.

¶ QVANTVM AD ISTVM Articulũ doc. ponit tres cõcluſiones. Prima, De nihilo ſm eẽ exñtie et ſm eẽ eẽntie (qa nõ ſeperantur ut patuit ĩ primo) deus aliquid poteſt creare. ¶ Secũda concluſio deus nihil põt creare de nihilo ſimpliciter quod .ſ. nullũ eſſe habuit nec ſimpliciter nec ſm quid quia nihil eſt creabile niſi ſit cognitũ et uolitũ ab eterno ſuper q° eẽ fundatur potẽtialitas ad eẽ ſimplr. ¶ Tertia cõcluſio poteſt aliquid produci lꝫ nõ creari de ſimplr nihilo nec hñs eẽ eẽntie nec exñtie nec ſm qd, ſicut creature producũtur ĩ eſſe ſm quid ſed illa productio nõ eſt creatio, qa terminatur tm̃ ad eẽ ſm qd. .ſ. cognitũ uel uolitũ, creatio aũt eſt ad exiſtẽtiã rei.

VTRVM FILII PROCREATI IN STATV INNOCENTIE fuiſſent ſtatim confirmati in iuſtitia originali. ¶ AD QVESTIONē reſpondet ponendo talem diſtinctionem. Eſſe confirmatum duobus modis intelligi poteſt ſcilicet eſſe confirmatum in bono ꝙ non poſſit peccare ita ꝙ ly non cadat ſuper ly poſſe eo ꝙ et ſi habent naturam eandem quam modo et liberum arbitrium eſt tamen ſic confirmatum in bono ꝙ potentia propinqua peccare non poſſunt et ſic beati dicuntur in bono confirmati ꝙ non poſſunt peccare. Et iſto modo dicit doctor primā concluſionē ꝙ nullus uiator ſic eſt confirmatus, quia ſi eſt uiator igitur eſt in ſtatu merendi et demerendi, et ex conſequenti poteſt peccare et ſic diceremus uirginem pro ſtatu uie non ſic fuiſſe confirmatam, aliter enim eſt modo confirmata quā tunc quia nunc eſt beata, tūc non erat beata. Immo dicit doctor ꝙ implicat ꝙ uiator ſit iſto modo confirmatus q̄a ſic eēt beatus, quia potior pars beatitudinis eſt ſecuritas, ſed non potens peccare, et ſciens ſe non poſſe peccare eſt ſecurus de ſua beatitudine, i[r] talis nō eēt uiator ſed beatus. Preterea obiectum uolūtatis uiatoris eſt ens limitatū et finitum etc. in quo nō eſt oīs ratio boni nec ab illo remouetur omnis ratio mali, et uoluntas poteſt deuiare a tali obiecto per aliquam circunſtantiam non conuenientem tali obiecto, uel operari circa illud ſecundum aliquam circunſtantiam non debitam illi obiecto, et ita peccare. Solū.n. beati habent deum pro obiecto clare uiſo i quo ſolo eſt omnis ratio boni, et in eo nullus defectus boni et circa tale obiectum uoluntas errare nequit, igitur uiator non poteſt ſic eſſe confirmatus ut non poſſit peccare. Alio modo aliq̄s dicitur confirmatus in bono, quia non peccat in pn̄ti nec peccabit i futuro et iſto modo in iſto ſtatu nature lapſe multi fuerūt confirmati, quia non peccauerunt ſaltem mortaliter ut ſanctificati in utero et apoſtoli in die pentecoſtes, iſti tamen potuerunt peccare et etiam forte uenialiter peccauerunt omnes excepta Virgine beata que non ſolum mortaliter actualiter nec mortaliter originaliter ſed nec uenialiter peccauit, de ſancto Io. Bap. ē dubium an uenialiter peccauerit. Et teneo ꝙ ſic, quia ſepties i die cadit iuſtus uenialiter, et reſurgit. Petrus apoſtolus poſt confirmationē peccauit et uenialr ad Gal. 2°. Reſtiti i faciē eius quia reprehenſibilis erat, ſi igitur in iſto ſtatu aliq̄ ſic fuerūt cōfirmati ꝙ nunꝗ̄ peccauerūt ut uirgo q̄ nullum peccatū cōmiſit et alii multi qui non peccauerunt mortaliter, multo magis in illo ſtatu innocētie fuiſſent ſic confirmati ꝙ nunꝗ̄ peccaſſent ſi tamen prime temptationi reſtitiſſent ſicut primus parens etc. Et nota diligenter ꝙ Adam ſi uictoriam habuiſſet, fuiſſet confirmatus ſic ꝙ nunquam peccaſſet tamen peccare potuiſſet, ſimiliter eius filii. Et ſi quis arguat, ſi poterat peccare ponatur in eſſe, peccat, igitur non eſt confirmatus et ita uidetur ꝙ implicet ipſum poſſe peccare et eſſe confirmatum in bono. Reſpondendum eſt non admittendo ꝙ illa de poſſibili ponatur in eſſe, quia iam ſum obligatus ad iſtam ꝙ eſt confirmatus ꝙ nō peccat nec peccabit, et licet illa de poſſibili ſtet cum iſta de ineſſe, non tamen ſua de ineſſe ſtat cum poſitione poſita ſcilicet ꝙ nō peccabit, iſta enī contradicunt nō peccabit, et peccat, ſicut iſta ſedens poteſt currere ſtant ſimul, nō tamen iſta duo ſedēs currit, ideo ſi es obligatus ad iſtam ſor. ſedet et aliquis proponat iſtam poteſt ſor. currere, concedo, ponatur in eſſe, non ponatur quia iam es obligatus ad tenendum iſtam ſor. ſedet, ita homines in ſtatu innocentie confirmati non peccaſſent, tamen quia fuiſſent uiatores potuiſſent peccare, non tamen iſta ponenda eſt in eſſe, quia es obligatus ad tenendum iſtam ſcilicet ſunt confirmati ſic ꝙ non peccabunt. ¶ Sed ſuppoſito ꝙ Adam fuiſſet confirmatus in iuſtitia generans Abel per generationem cōmunicaſſet ne ei iuſtitiam originalem ſic per generationem transfundendo eam, et cōmunicando eam ſibi? Dico ꝙ nō quia eſt mere donū dei et non habitum fuiſſet illud donum per generationem, quia tam non fuiſſet donum, generatio enim ē per modum nature, et donatio per modum uoluntatis. ¶ Alia dubia patent. Sed nota in reſponſione ad tertium dubium illam ꝓbationem .i. iuſtitia originalis non neceſſitabat ad bonum, inclinabat enim uoluntatem ad iuſta iuſte uolendo, non tamen neceſſitabat uoluntatem ſicut nec modo gratia, ſi enim neceſſitaſſet ad bonum nec Adam nec Eua peccaſſent, ſed de neceſſitate bene operati fuiſſent, et tunc ceſſaſſet meritum. Nota etiam illam optimam perſuaſionem, et eſt ratio reſponſiua ad ſecundū dubiū. Auctoritas Anſel. ē in contrariū quia uidetur dicere ꝙ ſi primā tēptationē ſuperaſſet fuiſſet cōfirmatus in iuſtitia pro ſe et ſuis poſteris, ſed ſolutio tertii dubii eſt in contrariū. Dicendū ē ꝙ Anſel. loquitur opinando nō tn̄ aſſerendo, nec probat ſicut Ariſ. loquitur ꝙ aīa intellectiua ē imortalis ſic opinatur nō tn̄ demōſtrat, ſic nec Anſel. ꝓbat uel id Anſel. illud dicit, q̄a filii in ſtatu innocētie mirabilr fuiſſent adiuti tū a iuſtitia originali fortiter inclināte uoluntatē eoꝝ, ad bonū ſicut mō hītus iuſtitie acq̄ſitus inclinat ad iuſte uolendū iuſta, et q̄to hītus eſt pfectior, tanto magis inclinat, tū ꝓp ſolicitā doctrinā parentum qui docuiſſent filios ſeruare ꝓcepta dei q̄ ſunt de lege nature uel cōformia lege nature que lex fuiſſet ſcripta i cordibus eorū et ita faciliter ſuperaſſent primā temptationem et tūc fuiſſent cōfirmati nec peccaſſent lȝ potuiſſent peccare.

¶ Ad auctoritatē Grego. nō gn̄aſſent reprobos, cōcedo, ig[r] nec gn̄aſſent potētes peccare, negat ɔn̄a, imo gn̄aſſent uiatores et ita potētes peccare q tn̄ nō peccaſſent. Et q̄a dictū ē ꝙlȝ naſcerentur in iuſtitia non tn̄ fuiſſent cōfirmati in illa. Cōtra bonū ē efficatius malo, concedo i[r] ſicut malū eſt cā mali ita iuſtitia ē cā cōfirmatiōis in bono. Dicit doc. ꝙ aliq̄ malū pōt pluribus nocere q̄ bonū poſſit ꝓdeſſe, et iō lȝ pctm̄ Ade ſit cā ꝙ oēs naſcunt in pctō originali et maledicti et filii ire, n̄ tn̄ iuſtitia originalis pōt tn̄ prodeſſe illis ut illi naſcerent in iuſtitia confirmati. Vel aliter et melius ſicut pctm̄ eſt cā pcti nō tn̄ eſt cauſa cōfirmationis in malo, ſed mala uoluntas naſcentis in pctō originali .ſ. iudei et pagani confirmantur in illo ex ſuo demerito perſonali, ita iuſtitia in parentibus nō eſt cā confirmationis ipſius iuſtitie in filiis, ſed ſi Abel natus fuiſſet in iuſtitia originali ipſe ſuo merito meruiſſet in illa confirmari, ſuperaſſet enim diabolicam temptationem non acquieſcendo illi ſed deo et legi eius, et in hoc meruiſſet confirmationem ſuam in iuſtitia. Et ideo iuſtitia et peccatum equantur in hoc ꝙ pctm̄ Ade nō eſt cā ꝙ filius q naſcitur in pctō originali ſit cōfirmatus in malo, ſic nec iuſtitia eius fuiſſet cā ut filius naſcēs in iuſtitia originali eſſet confirmatus in iuſtitia originali, ſed

ſicut demeritum perſonale eſt cauſa confirmationis in malo ſic tunc in illo ſtatu meritum perſonale fuiſſet cauſa cõfirmationis in iuſtitia. ¶ Ad ultimum ſic arguitur ſi unum oppoſitum ut calor eſt unius oppoſiti cauſa ſic eius oppoſitum ut frigus eſt alterius oppoſiti cauſa ut ſicut calor producit calorem ita frigus producit frigus que duo producta ſunt oppoſita igitur cum peccatum Ade ſit cauſa peccati filiorum igitur et iuſtitia Ade erit cauſa iuſtitie filiorum, igitur non dabitur preciſe a deo, ſi Adam transfundet illam. Ad iſtud dicit doctor ꝙ ſi illa duo oppoſita ſcilicet peccatum originale filiorum et iuſtitia filiorum Ade eſſent a cauſa uniuoca, argumentum cõcluderet, qui eſt dicte a cauſa uniuoca ideſt ſi illi duo effect' quilibet illorum eſſet a ſua cauſa que eſſet uniuoca reſpectu illorum effectuum argumentũ valeret, ut calor productus eſt a calore producente uniuoce, et frigus productũ eſt a frigore producente uniuoce ſicut calor eſt cauſa caloris oppoſiti frigori ſic frigus ẽ cauſa frigoris oppoſiti calori producto ut patet ad ſenſum, ſed dicit ꝙ non eſt ita hic quia et ſi peccatũ Ade eſt occaſio peccati filiorum non tamen iuſtitia eſt cauſa iuſtitie, quia iuſtia non eſt cauſa uniuoca iuſtitie filiorum cum ſit a ſolo deo, ſicut patet qualitas corruptibilis eſt cauſa qualitatis corruptibilis, igitur qualitas incorruptibilis que opponitur qualitati corruptibili producet qualitatem incorruptibilem nõ ſequitur quia qualitas icorruptibilis ut charitas ẽa ſolo deo ſic iuſtitia originalis, et ideo negetur ſimilitudo, ꝙ ſi peccatum eſt occaſio peccati, igitur iuſtitia que ei opponitur erit cauſa iuſtitie oppoſite peccato non eſt ſimile, et ideo argumentum nõ concludit.

Queſtio. Secunda.

VTRVM IN STATV INNOCENTIE fuiſſent illi ſoli geniti qui nunc ſunt electi. ¶ Iſta queſtio mouetur ad uidendum an in ſtatu nature lapſe ſint aliqui electi qui in ſtatu innocentie non fuiſſent nati nec electi, et eſt motiuum, qa in iſto ſtatu multi electi fuerũt filii reproborum ſicut multi martyres qui fuerunt filii infidelium idolatrantiũ ſicut ſanctus Griſantus Chaterina Apolonia et alii inumeri. Videtur ꝙ iſti non fuiſſent i ſtatu innocentie, quia tunc eorũ patres non fuiſſent quia reprobi in illo ſtatu nõ fuiſſent, igitur nec electi, et ſi negetur cõſequentia ſequitur ꝙ iſti electi nati modo ex reprobis tunc ab aliis parentibus bonis fuiſſent nati conſequens uidetur inconueniens ꝙ idẽ numero hõ poſſit pduci a diuerſis cãis efficiẽtibus. ¶ RESPONDET AD QVEſtionẽ dicendo iſtam cõcluſionẽ ꝙ ſoli nũc electi in ſtatu illo fuiſſent nati nec plures nec pauciores quam modo aliter ſi aliqui eſſent in iſto ſtatu electi qui non fuiſſent electi in ſtatu innocentie iſti deberẽt letari de peccato primi parentis, quia ſi nõ peccaſſet non fuiſſet iſte ſtatus nec per cõſequens illi electi qui nunc eſſent et tunc ſi ñ peccaſſet non fuiſſent quod eſt valde inconueniens ut bon' letetur de peccato proximi et maxime parentis, probat illã ſuam concluſionem. Quia ordinate uolens finem etc. Ibi nota ordinẽ. primo deus uult ſe, ſecundo omnes electos et angelos bonos et homines. tertio uult eis merita. quarto uult talem hominem naſci de tali, et talem de tali, poſterius non habet uariare rationes prioris, igitur cum omnes electi ſiue electi in ſecundo ſigno et merita ſint in tertio et parentes in quarto, nec merita nec parẽtes habent uariare determinatum numerũ electorũ, qui numer' eſt ſoli deo notus in ſupernis feliciter locandus a quibuſcunq; igitur parentibus naſcatur ſancta Chaterina ipſa ſemper eſt de numero electorũ nec uariatio parentũ uariat illũ numerum cũ ſit quid prius natiuitate a parentibus. Sed mirum eſt ſi deus ab eterno predeſtinauit eã et ordinauit. tertio ad merita et q̃rto ut naſceretur ex talibus parentibus quomodo igitur eſt uerum ꝙ ſi Adam non peccaſſet nata fuiſſet ex aliis parentibus Videtur enim ꝙ Ade peccatum mutet dei propoſitum quod eſt impoſſibile. Ad hoc difficile, dicitur ꝙ numerus electorum eſt in ſecundo ſigno, gratia in tertio, merita in quarto et naſci in quinto non curo aut in quarto, quia hic addo, merita predeſtinatio et numerus predeſtinatorum et gratia non mutantur ꝑ quodcunq; poſterius ſed ſunt ſequelle predeſtinationis, quia ſequitur iſte eſt predeſtinatus ad tantũ gradus glorie igitur et ad tantam gratiam, ſed habere beatitudinem per iſta uel illa merita et naſci ab iſtis uel ab illis parentib', poteſt eſſe ſequella peccati Ade et tunc ſecũdũ diuerſos caſus diuerſimode eſt reſpondendum de meritis et de parentibus, ſicut enim xp̃um eſſe redemptorem, et pati eſt conſequens ad peccatum Ade, eo enĩ ꝙ Adam peccauit ideo Chriſtus mortuus eſt et paſſus ſepultus reſurrexit etc. et ſi Adam non peccaſſet adhuc xp̃us fuiſſet Chriſtus et uerbũ diuinum incarnatũ fuiſſet, et habuiſſet Chriſtus homo tantam gratiam et gloriam q̃tã mõ habet, non tñ mortuus fuiſſet nec paſſus fuiſſet, ita ꝙ ſecundũ diuerſos caſus Ade aliter dicitur de xp̃o quam diceretur ſi non peccaſſet ita de. B. Chaterina ſi Adã non peccaſſet adhuc predeſtinata fuiſſet, et tantum glorie gradum habuiſſet, et gratie quantum nũc hẽt nõ tñ per eadẽ merita. ſ. per martiriũ hoc meruiſſet ſi per alia opa charitatis martiriũ enĩ eſt ſequella peccati Ade idõ ſi Adã nõ peccaſſet ipa nõ martirizata fuiſſet nec ẽt ex eiſdem parẽtibus nata fuiſſet, qđ ig' nata ſit ex p̃re reprobõ hoc eſt ↄñs ad pctm̃ Ade, et ita ps ꝙ iſta nõ hñt uariare ꝑdeſtinationẽ diuinã, ſicut nec pctm̃ Ade uariat. Inſtãtia que ſit ꝫ, eſt ſcti Tho. qui uult ꝙ neceſſerio Chaterina ſit nata ex iis parẽtibus. Solutio ps. Ibi tñ ponũtur due opi. de quo ſemine gñetur filius, an de ſolo menſtruo mũdo mulieris ut de ſuba materiali, an ẽt de ſemine p̃ris. Nota ualde illud ꝙ dicit doc. ꝙ ad unitatẽ numeralẽ effectus nõ requiritur unitas cãe efficiẽtis, ſed ſufficit idẽptitas materie. Et rõnẽ aſſignat, qa gñatũ nõ trahit ab efficiente ſuã unitatẽ uel pluralitatẽ, ſs ab unitate materie ut ps ego ſum productus a p̃re meo modo, moriar et reſurgam ſuſcitabit me deus ero idem numero, tunc et modo et tamen non idem immediatum agens, patet etiam in exemplo de igne, compoſitum enim per ſe ut habitum eſt in diſtinctione. 12. q. prima huius ſecundi habet per ſe unitatem a ſua per ſe potentia et ꝑ ſe forma quia enim iſta ſunt per ſe unibilia ideo cauſant compoſitum per ſe unum ita ꝙ unitas compoſiti eſt ex materia et forma, ſi igitur ſit materia eadẽ numero et ex cõſequenti forma effectus erit idem numero, ſi igitur eadem materia modo exiſtens ſub forma tritici ex ea generetur ſemẽ in reprobo, ſi eadem materia numero fuiſſet in ſtatu innocentie ſub forma pomi, ſor. in illo ſtatu comediſſet illud pomum ex illo generaſſet ſemen et ex illo ab illo bono uenitus fuiſſet idem electus qui modo generatur a reprobo. ¶ Ad ſecundum argumentum ſi dicerem ꝙ licet ſit probabile ꝙ modo ſaluentur tot uiri quot mulieres ſicut et in ſtatu innocentie ſolutũ eſſet argumẽtum ſed hoc eſſet fugere difficultatem, ideo concedendo ꝙ poſſibile eſt et probabile ꝙ plures uiri ſaluentur quam mulieres uel econtra, in ſtatu tamen illo innocentie non fuiſſet contractum matrimonium in linea recta, quia ſi Adam modo uiueret non poſſet accipere uxorem, quia linea recta non multiplicat gradus ſed omnes ſunt in primo gradu conſanguinitatis, nec in illo ſtatu unus ſimul accepiſſet plures nec una plures, quia bigamia eſt contra legem nature, nec ſecunde nuptie ſunt modo laudabiles multo minus tunc et quilibet fuiſſet coniunctus alicui ad implendum preceptum illud creſcite et cetera. Sequitur ꝙ tot fuiſſent maſculi quot femine

ꝙ doctor concedit, ſed ſi modo ſunt plures viri electi quam mulieres igitur videtur ꝙ aliquis ſit mō electus qui tunc ñ fuiſſet electus, negetur conſequentia, immo nunc tot quot tunc et non plures nec pauciores quia peccatum Ade ñ variat electos nec numerum electorum ut uſum eſt. Sed quid̉ dico ꝙ aliqua perſona que nunc eſt femina tunc fuiſſet maſculus. Sed quomodo fuiſſet eadē perſona? dico ꝙ ſicut maſculinei tas et femineitas non variant ſpeciem quia non ſequitur iſti ſunt maſculi et ſunt homines et iſte ſunt femine et non maſculi, igitur non sūt homines nec eiuſdem ſpeciei, ita non ſequitur hic eſt maſculus in iſto ſtatu, et hic fuiſſet femina in ſtatu innocentie admitto caſum, igitur modo non eſt eadem perſona numero que fuiſſet in ſtatu inocentie. negetur conſequentia qa hec maſculineitas et hec femineitas non variant hanc perſonā in ſe ſicut nec maſculus et femina variant ſpeciem. Et dicit doctor ꝙ aliqui voluerunt ꝙ in regno beatitudinis omnes mulieres reſurgent in ſexu virili excepta Virgine propter excellentiā ſuam, qa mater Chriſti. et hoc quia ſexus femineus eſt imperfectum quid et eſt facta mulier propter imperfectionem ſupplendam ſcilicet propter generationem ſed tunc ceſſabunt generationes. Sz oppoſitum tenet diuus Auguſtinus. 22. de ciuitate dei capitulo decimoſeptimo reſurgent mulieres in ſexu ſuo et unde erant in paradiſo ſicut et viri nec tamen erit confuſio aut erubeſcētia quia ibi nullum erit peccatum nec libido que eſt cauſa confuſionis et erubeſcentie, uide Auguſtinum ibi.

Queſtio. Tertia.

VTRVM AVTEM NATI FVISSENT tunc paruuli in illo ſtatu ſicut mō in iſto. ¶ Dico ꝙ ſic quia non poſſent in perfecto corpore ſtare in uentre matris et ex conſequenti creuiſſent uſque ad perfectam etatem et quantitatem. ¶ Sed nati ne fuiſſent tunc cum ſcientia, an profeciſſent? Dico ꝙ inſcii nati fuiſſent et profeciſſent in etate debita qa in principio natiuitatis ſue habuiſſent cerebrum nimis humidum, et ita phantaſmata non depurata que deſeruiunt intellectui in ſcientia que acquiritur per uiam ſenſuum et ideo primeua etate fuiſſent inhabiles ſicut nos, forte tamen citius incepiſſent adiſcere propter naturalia meliora.

DISTINCTIO. VIGESIMA PRIMA.

QVERIT DVO PRIMO VTrū PRIMVM PECCATVM POtuerit eſſe veniale ideſt an iſta conſequentia ſit neceſſaria uel ñ, Adā eſt in ſtatu innocentie, et peccat, igitur peccatum ſuum eſt mortale, et oſtendit doctor ꝙ non ualet illa conſequentia immo ſtat ꝙ ſuum primum peccatum fuerit veniale, licet de facto ſuum peccatum fuerit mortale. Veniale peccatum dicitur uel a venio venis quia venit in mentem preter intentum et ex ſurreptione, uel veniale dicitur quia ex infirmitate uel ignorantia committitur, et ſic dicitur veniale a venia. ¶ Arguit doctor probando ꝙ non fuit neceſſe ꝙ primum peccatum Ade fuerit mortale quia rectitudo iuſtitie magis repugnat peccato mortali ꝙ̄ peccato veniali, et tamen non obſtante illo ſtatu et illa rectitudine illius ſtatꝰ potuit peccare mortaliter igitur et multo magis potuit peccare venialiter et ſtare in illo ſtatu, quia non uideretur (ſi ille ſtatus corrumperetur ex peccato veniali) ꝙ magis repugnaret illi mortale peccatum ꝙ̄ veniale, quod eſt falſum. Item non eſt tranſitus ab uno extremo in aliud extremum niſi tranſeundo per medium, ſed extrema ſunt iuſtitia originalis et peccatum mortale, igitur oportet tranſire per peccatum veniale. ſi argumentum hoc concludat nihil concludit, quia illa maior non eſt vera niſi ubi medium eſt conditio neceſſaria requiſita neceſſario inter extrema ſicut medium inter duo, ubi non poteſt fieri tranſitus etc. ſed ſi medium non eſt conditio neceſſaria non oz et maxime reſpectu cauſarum libere agentium, ſicut eſt voluntas, ipſa enim poteſt tranſire a iuſtitia ad peccatum mortale non peccando venialiter. Si tamen argumentum concludat ꝙ voluntas poteſt tranſire per illud medium ſcilicet per peccatū veniale primo, et ſic concedo argumentū et ſic debet ſcribi in doctore. ¶ In cōtrariū arguitur uide.

¶ PONITVR OPI. DOMini Alexandri de ales et ſancti Tho. Qui tenent ꝙ in illo ſtatu innocentie non potuit eſſe aliquod peccatum veniale, quia ibi fuit ſumma rectitudo poſſibilis homini haberi in illo ſtatu in quo creatus fuit Adā ſumme rectitudini repugnat q̄tūcunque modica obliquitas, quia illa tollit ſummū gradum rectitudinis et peccatum veniale eſt aliqualis obliquitas et peccatum veniale non poteſt corrumpere ſtatum innocentie, igitur omnis obliquitas que corrupiſſet illum ſtatum fuiſſet obliquitas mortalis. Et ſecundo probāt qa vires inferiores non ſunt deordinate etc. ¶ Sed doc. duabus rationibus arguit quia gratia que nos in iſto ſtatu coniungit deo non eſt minoris perfectionis ꝙ̄ iuſtitia originalis fuerit ī illo ſtatu et tamen cum gratia in iſto ſtatu ſtat peccatum veniale in viris perfectiſſimis ut in Io. euāgeliſta. Si dixerimus ꝙ peccatum non habemus etc. igitur et tunc in illo ſtatu potuit eſſe culpa venialis cū iuſtitia originali, non enim uidetur eſſe maior repugnantia peccati venialis ad iuſtitiā ꝙ̄ ad gratiam, et ad gratiā nō habet quin poſſit ſtare cū ea, igitur et pōt ſtare cum iuſtitia originali. In diſ. 29. habebimus quomō iſte due. virtutes ſe hñt ſicut excedens et exceſſum. ¶ Itē ſecundo doc. ſupponit ꝙ aliquis actus ex ſuo genere ſit peccatum veniale ſicut dicere verbum ocioſum. Item ſupponit ꝙ deus non obligaſſet homines in ſtatu innocentie ad minus difficile ut non precepiſſet eis ut non dicerent verbum ocioſum nec etiam precepiſſet ut ſemper facerent ꝙ melius et expedientius eſt, ſed tantum modo obligaſſet eos ad decem precepta ad que nos nūc obligauit, tunc Adam potuiſſet dicere verbū ocioſum et illud ex ſuo genere eſt peccatum veniale et non mortale igitur. Nec valet dicere ille ſtatus fuiſſet perfectiſſimus, cōcedo loquēdo de ſtatu uiatorum, igitur in illo nō fuiſſet peccatum veniale, nego cōſequentiā nō ve, ſ iſto ſtatu fuerūt homines ita perfecti ſicut fuiſſent in illo et in iſto venialiter peccauerūt quare non in illo cū peccatum veniale non tollat perfectionem ab eis?

¶ IDEO DOCTOR RESPONdet ad queſtionē oſtendēdo quid ſit pecatū mortale et quid peccatum veniale, et deinde reſpondet per duas uel tres concluſiones. Primo dicit ꝙ peccatum mortale et veniale nō diſtinguuntur per hoc ꝙ mortale eſt circa finem et veniale eſt circa ea que ſunt ad finē tantum et non circa finē, quia utrunq̄ peccatum poteſt eſſe circa fines, et circa media ad finē et ita non ſunt iſte drie quibus cōſtituant in eſſe, ſed in hoc differunt ꝙ peccatū mortale eſt deordinatio oppoſita ordinationi ſine qua ordinatione quis non poteſt conſequi finē, et huiuſmodi ordinatiōes neceſſario requiſite ad cōſequendū finem ſunt decem precepta legis, ſunt enim decem leges. x. uie ꝑ quas neceſſe eſt nos ambulare, et peruenire ad patriā celeſtem, iſte ordinationes cadunt ſub precepto ut fiant et neceſſe eſt nos ſic eſſe ordinatos ut deum adoremus latria ei credamus, in eo ſperemus, et ipſum ſuper omnia diligamus et extenſiue et intenſiue ut dicetur in tertio diſtinctione. 27. ar. 3. et ſimiliter eius nomen nos ꝯs honorare nō aſſumēdo illud in teſti.

monium falſitatis, et ſic de aliis preceptis et iſte ordinationes ſic ſunt ſub precepto, ꝙ etiaꝫ deordinationes oppoſite ſunt ſub precepto ne fiant, et ſi quis ſit illis deordinationibus deordinatus eſt in peccato mortali ſic ꝙ furtum faciens mortaliter peccat. Et ſic ſunt decem peccata mortalia oppoſita iſtis decem preceptis. Deordinatio aũt q̃ eſt peccatũ ueniale non cadit ſub precepto, nec ordinatio oppoſita eſt neceſſaria ad ſalutem ſicut non dicere uerbum ocioſum eſt ordinatio expediens et per quam facilius quis cõſequitur uitam eternam tamen ſine illa ordinatione põt quis ſaluari quia ſeruando legem dei ſufficit iuxta illud xp̃i, hoc fac et uiues .ſ. dilige deum ſuper oĩa et proximũ ſicut te ipſum. ¶ Ex hoc patet ꝙ ſolũ facere contra decem precepta eſt peccatum mortale facere autem contra conſilia et contra alia precepta que nõ ſunt de neceſſitate ſalutis quis nõ mortaliter peccat nec ſequitur iſte non facit ſecũdum conſiliũ nec ſecũdũ preceptũ nõ neceſſariũ ad ſalutem ig^r deficit a fine ultimo, negatur ꝯña, ſequitur tñ talis ſic operãs uenialiter peccat, igitur talis nõ procedit meliori mõ quo põt, hoc eſt uerũ, et hoc eſt uenialiter peccare, et cõuertũtur. ¶ Dicit igitur doc. ponendo hãc cõcluſionẽ Adã potuit nõ tñ exercere actũ deordinatũ cõtra preceptum et ſic mortaliter peccare ut peccauit, ſed etiam potuit exercere actum cõtra conſiliũ tantũ et ſic uenialiter peccare. Et hoc dicit doc. dup^r potuit facere ꝯ conſilium uel negatiue non faciendo illud quod cõſiliũ dicit eẽ faciendũ, immo contrarie faciendo aliquid retardãs a premio quia peccato ueniali debetur pena que põt hominem retardare a btitudĩe. Sicut in ſtatu iſto ſor. mercatur ſeruans diuinã legem non ſecundũ illud conſilium facit, uade et uende oĩa que habes etc. immo facit aliqd retardatiuũ quia ĩplicat ſe mercantiis quibus implicitus minus eſt aptus ad deo prompte ſeruiendũ, et ſi uenialiter peccat non tñ mortaliter, qa non facit cõtra aliquam illarum decem ordinationũ que ſunt de neceſſitate ſalutis. ¶ Primũ argumentũ inoppoſitũ et argumẽtũ primũ opi. oĩa eandẽ habent uim et ideo ſoluẽdo unũ ſoluitur reliquũ. Ideo ꝑ ſolutione primi argumẽti opi. eſt notãdũ ꝙ duplex ẽ rectitudo una hitualis alia actualis, rectitudo hitualis dicitur eẽ quidaꝫ hitus in uoluntate hoĩs iuſti, et recti qui habitus inclinat ad iuſta iuſte uolendũ et uolentes ſic hitualiter dicitur hitualiter uelle iuſta iuſte, et ſic iuſtus dormiens habitualiter uole iuſta iſto modo in ſtatu innocẽtie Adã habuiſſet iuſtitiã originalẽ ĩnclinantem uoluntatẽ Ade ad humiliter uolendũ iuſta. Sed q̃ fuiſſent obiecta illius iuſtitie originalis ad que ĩclinauiſſet uoluntatẽ ad uolẽdũ? Dico ꝙ decẽ ordinationes que cadũt ſub decem preceptis diuine legis, et ille decẽ ordinationes ſunt ex ĩntentione precipientis, et in ſe hñt neceſſitatẽ a precipiente ut fiant aliter nullus dr̃ rectus nec iuſtus, et iſta includũtur ĩ latitudine illius ſumme rectitudinis que fuiſſet in ſtatu inocentie. Utrum aũt ordinatio que cadit ſub conſilio .ſ. non dicere uerbũ ocioſuꝫ ptineat ad huiuſmodi latitudinẽ ſumme rectitudinis? Dico ꝙ non. quia ſic non ex intentione conſulentis ut ſit neceſſario requiſita ad ſalutem nec ad illam rectitudinẽ, ſed illa ordinatio conſilii eſt alia diſparata ordinatio a prima, et iõ quis poteſt eſſe ſumme rectus rectitudine neceſſaria dato ꝙ nõ ſit rectus nec ordinatus ſecũdũ illã ordinationẽ cõſilii ſicut intellectus põt eẽ certus de .a. cõcluſiõe, et tñ dubitare de .b. cõcluſione, et tñ opinari de illa, nec tñ minuetur certitudo de .a. cõcluſione, ita hic a ſimili, quis nõ erit ſeruans conſiliũ, et tñ erit rectus rectitudine pertinente ad ſalutẽ. Tunc rñdet doc. ꝙ pctm̃ mortale plus repugnat illi ſumme rectitudini habituali, q̃ꝫ peccatum ueniale, patet quia peccatum ueniale non opponitur alicui illarũ decẽ ordinationũ pertinentiũ ad illã rectitudinẽ neceſſariam ad ſalutẽ, et tñ peccata mortalia illis directe opponunt^r, igitur põt ſtare tota illa rectitudo cũ peccato ueniali cũ ei nõ opponatur, non ſic põt ſtare peccatũ mortale, quia opponitur alicui illarũ decẽ ordinationũ requiſitarũ ad illã ſummã rectitudinẽ. Dicit ẽt doc. ꝙ peccatũ ueniale nõ repugnat actuali rectitudini. Actualis rectitudo eſt illa que ẽ in actu nr̃o uolontatis, qui actus eſt conformis rõni recte ſiue dictamini legis diuĩe ut quis ꝑdicãs populo princip^r ex charitate, tñ in actu illo predicãdi oritur motus leuis inanis glorie, qa aliq̃lr appetit laudari a populo, nõ tñ princip^r ꝑp illud mouetur, ille meretur et tamen ille uenialiter peccat. Repugnat ig^r peccatũ ueniale ſolum ſue ordinationi que cadit ſub cõſilio, nõ autẽ repugnat alicui ordinationi que cadit ſub precepto, ideo lꝫ nõ poſſit ſtare cum ordinatiõe cui opponitur, et illã deſtruat, nõ tñ deſtruit ordinationes cadentes ſub precepto, quare quis põt eẽ perfecte ordinatus ordinatione neceſſaria ad ſalutẽ qualis fuiſſet in ſtatu inocentie, et tñ uenialiter peccare. Et ſi dicas ẽt beatum poſſe peccare uenialiter eo ꝙ ueniale peccatum nõ opponitur etc. Rñdet doc. ponendo caſum ꝙ deus dimitteret beatũ ſibi, poſſet peccare, ſiue poſſet io uerbum ocioſum, ſed illud uerbum eſſet ſibi peccatũ mortale eo ꝙ beatus hẽt preceptũ de ſemp operando optima et de ſemp eliciendo optimũ actũ beatificũ quantum poteſt, ſed exiſtens in ſtatu inocentie fuiſſet in uia et non in termino et ipſe non habuiſſet preceptum de ſemper faciẽdo optima, ideo Ade non fuiſſet peccatum mortale, uirgini Catharine ſic quia beati tenentur ad ĩplere in patria illud preceptum diliges dominum deũ ex toto corde ex oĩbus uiribus, ita ꝙ tenẽtur colligere oẽs uires in unũ, et ſecundũ illas ſemp deũ diligere uide .ſ. Bona. l. 3. diſt. 27. q. ultima. Nota illud ꝙ dicit doc. ſi beatus dimitteretur ſibi, quia in rei ueritate eſt ꝯfirmatus ꝙ non põt peccare nec mortaliter nec uenialiter, igitur peccatum ueniale nõ põt eſſe in eo. ¶ Ad ſecundũ de uiribus etc. dicẽdũ ꝙ ſi Adam fuiſſet deo obediens et potẽtie ſenſitiue inferiores fuiſſent obedientes uolunati ſed quia uoluntas non fuit deo obediens datum eſt ei in penã ſm Aug. ut uires inferiores nõ obediant ei. Et iõ doc. cõcedit ꝙ ſi uires ſupiores ut intellectus et uoluntas fuiſſent ordinate in deum in uiribus ſenſitiuis n^a fuiſſet deordinatio, ideo prima deordinatio ſi fuit, fuit in uiribus ſuperioribus, quia Adã elegit magis cõplacere uxori q̃ꝫ cõplacere deo, et ideo primo ibi fuit deordinatio de facto, dicit tñ doc. ꝙ nõ oportuit ut illa deordinatio ĩ deũ fuiſſet peccatũ mortale, quia circa deũ põt eſſe peccatũ ueniale ut dat exẽplũ doc. ut ſi quis in portione ſupiori que immediate reſpicit deum hẽat aliquẽ motũ ſurreptitium, et leuem cõtra articulũ de trinitate non propterea ille peccat mortaliter ſed uenialiter et ita prima deordinatio potuit fuiſſe uenialis in portione ſuperiori. Et nota ꝙ portio ſupior eſt intellectus et uolũtas ut .ſ. mediate reſpiciũt deũ, portio inferior .i. intellect^9 et eadẽ uolũtas ut reſpicit obiectũ creatũ, hoc patebit di. 24. hui^9. ¶ Ad illud de pena dico ꝙ pctõ ueniali nõ debet mors nec eterna nec mors corporalis, potuit i^r Adã et filii ſui in illo ſtatu peccare uenialr et puniri citra mortẽ corporalẽ, ut puta hñdo diſplicẽtiã de i^o pctõ uel aliquid huiuſmõi, et hoc nõ repugnabat illi ſtatui. Et ſi dicas illi ſtatui nõ debebat pena cõcedo pena q̃ eſt mors, ſꝫ nõ eſt uerũ de aliis penis maxĩe uolũtarie aſſumptis ꝑ pctõ ueniali. Uel dic ꝙ ſicut mõ peccãs uenialr illi pctõ ꝓprie nõ debetur pena, ſed committens pctm̃ ueniale ẽ debitor alicuius act^9 charitatis feruẽtis ut puta modicũ qs plus debito bibit tenet cũ feruentiori charitate dicere horas ſuas ſi ſit clericus, uel ſecularis pater noſter uel alias ſuas orationes, ita in illo ſtatu qui peccaſſet uenialiter conuerſus ad deum feruentiori modo adoraſſet eum.

DISTINCTIO VIGESIMA SECVNDA.

VTRVM PECCATVM ADE FVERIT GRAVISSIMVM. Hic ſunt tres articuli primus declaratus fuit pro parte diſtinctione ſexta queſtione ſecũda. uide ibi de uelle et nolle. Hic nota differẽtiã quare primum peccatum angeli potuit fuiſſe inordinatus amor ſui non ſic potuit peccare adam. Sed primum peccatum ade fuit amor amicicie uxoris ſue inordinatus iuxta auctoritatem beati Auguſtini. Nota ꝙ primo non potuit peccare amore concupiſcentie uel libidinis circa uxorem qa nulla adhuc erat libido, quia illa eſt ſequella peccati. Ad iſtũ amorem amicicie inordinatum uxoris ſequebatur grauius peccatum ſcilicet uelle complere illud quod non licuit ſcilicet uelle comedere de pomo uetito. Ibi nota ꝙ ſecluſo precepto diuino de non edendo pomum peius fuiſſet dicere uerbum ocioſum quã comedere de illo pomo, quia dicere uerbuꝫ ocioſum eſt ex ſuo genere actus peccati uenialis, ſed comedere de illo pomo ñ eſt ex ſe peccatum nec eſt de lege nature, ideo dicit doctor ꝙ eſus pomi non erat ex natura rei quid malum nec illud fuit ꝑceptũ ex natura rei aut de lege nature quaſi ſcilicet eſſet circa aliquid quod de ſe eſſet malum, ſed tantum fuit malum edere de illo quia ſolum a deo prohibitum ad experiendum eorũ obedientiam ut nobis appareret (non deo qui omnia ſciebat) ꝙ ingrati exiſtentes tantorum bonorum, et beneficiorum non obedirent. peccatum igitur primum ade fuit in uelle, uolendo ſcilicet et amando uxorem amore amicicie inordinato quo factum fuit ut magis uellet diſplicere deo quam uxori, et ita induct⁹ ab ea comedit. Eſt enim ueriſimile cum ipſa fuerit ſeducta, et crediderit diabolo ſe poſſe conſequi equalitatem dei, et conſequi etiam ſcientiam boni, et mali ſi uir ſuus una ſecum comederet acceſſit ad Adam, et dixit ei ut comederet ipſo nolente triſtis effecta ſit· uidens ex hoc ſe non poſſe conſequi quod credebat ſcilicet equalitatem dei. Adam uidens ipſam meſtã credidit ꝙ ſi non conſentiret ei tabeſceret, et ex triſtitia ad mortem ueniret, immo a ſe derelictã omnino interiret, maluit deo diſplicere quam uxori, et huius cauſa fuit inordinatus amor amicicie ad eam, non amor concupiſcentie nec libidinis, quia ille nondum erant in adam cum eſſet innocens. Sed grauiter errauit ſecundum ſanctos, quia debuit eam corrigere, et docere ꝙ propter eſum illius ligni nõ ſequeretur equalitatem dei, neq ſcientiam equalem ſcientie dei, quia ipſe non fuit ſeductus ſecundum paulum ad corinthios ſecundo et ita illa non credidit ſed non corripuit, et quis ſcit ꝙ eam non corripuerit ſed mulieres aliqua affectione affecte non de facili ſuſcipiunt diſciplinam, magis enim credidit diabolo quã uiro. ❡SECVNDVS articul⁹ ẽ de grauitate pctĩ ade. Vbi nota ꝙ duobus modis unũ peccatum comparatum ad aliud dicitur grauius alio. Vno modo quando unum peccatum ut puta blaſfemia dei opponitur maiori bonitati quã aliud peccatũ ut puta blaſfemia parentũ. primum peccatum eſt grauius ſecundo quia contra deum, et ſecundum eſt contra patris et matris perſonam, ſi etiam blaſfemans deum adoraret et deum actum meritorium optimum faceret, magnum gradum gratie acquireret, et magnum gradum glorie, ſi ſimiliter blaſfemans patrem eum honoraret, actum meritorium, gradum gratie, et glorie acquireret non tamen tantum bonũ acq̃ſiuiſſet quantum ille qui deũ adoraſſet. Alio modo peccatum dicitur grauius eẽ altero peccato, quia unũ eſt contra bonitatem magis neceſſariam quam aliud peccatum, et dicitur bonitas una magis neceſſaria altera bonitate q̃do pluribus preceptis ordinatur, ut puta bonitas aliqua cadit ſob ꝑcepto legis nature, et legis diuine ſimul, alia bonitas cadit tantum ſub precepto legis diuine. prima bonitas dicitur magis neceſſaria quam ſecũda, et peccans contra illã bonitatem grauius peccat quam peccans contra ſecundam tantum. Exemplum non interficere quenquam eſt prohibitum lege diuina, et lege nature, ſimul et ſemel, non cõcupiſcere eſt tantum prohibitum lege diuina, et non nature, interficiens enim grauius peccat quã concupiſcens beratum ad fornicandum. Salamon enim comparans furtum adulterio dicit adulterium eſſe grauius furto, qa contra rem magis arduam. Iſto modo etiam peccatum ade ñ eſt grauiſſimum, quia non fuit contra bonitatem magis neceſſariam, quia non comedere de illo pomo non fuit bonitas maxime neceſſaria, quia non cadebat niſi ſub precepto diuino, nõ autem ſub precepto legis nature, oſtendit etiam doctor in litera ꝙ diligere uxorem inordinate non fuit grauiſſimum peccatum, quia nec contra illud diliges dominum deum tuum, nec cõtra ſecundum maxime neceſſarium, et arduum poſt primum ſcilicet diliges proximum tuum ſicut etc. Et patet quia exceſſus de diligendo deum non eſt contra illud preceptum de dilectione proximi, ſed bene odire proximum eſt contra illud preceptum, nec etiam exceſſus de dilectione proximi non eſt directe contra illud preceptum de dilectione dei, ſed bene odium dei ſi ſit poſſibile, exceſſus igitur dilectionis proximi ut puta uxoris in Adam non fuit contra primum preceptum nec etiam eſt tantum contra ſecundum de dilectione proximi ſicut odium proximi, grauius igitur peccatum eſt odire proximum et odire uxorem quã excedere in diligendo uxorem, igitur illud primum peccatum quo Adam peccauit diligendo inordinate uxorem non fuit grauiſſimum quia non fuit contra illa duo ꝑcepta maxime neceſſaria nec ex conſequenti contra illam bonitatem maxime neceſſariam ſcilicet diligere deum, et diligere proximum. Item nota ꝙ precepta legis diuine aut ſunt de lege nature ſtricte ſumpte, aut ſunt de lege nature quia cõformia legi nature, et ita cadunt ſub duplici obligatione bonitates correſpondentes illis preceptis et ita ſunt bonitates neceſſarie, forte illud ꝑceptũ de nõ cõcupiſcendo nõ ẽ de lege nature iuxta illud pauli. Cõcopiſcentiã neſciebã eſſe pctm̃ niſi lex diuina diceret nõ cõcupiſces, alia ſunt de lege nature et diuine ſimul, ſed preceptũ de nõ edẽdo pomũ tm̃ de lege diuina fuit et nullo° de lege nature et iõ iª bonitas nõ edere etc. ñ fuit mltũ neceſſaria. ❡TERTIVS ARticulus ẽ de cõpatione pctĩ Ade ad pctm̃ Eue, et ſimpˡ loquẽdo pctm̃ Eue fuit graui⁹ qa ſi Adã et Eua eſſent dãpnati qlibet pro pctõ illo tm̃ grauius puniretur Eua q̃ Adã qa ipſa appetiit equalitatẽ dei non Adã quia non credidit nec appetiit. Nota inſerius ꝙ tẽptatio exterior qualis fuit illa Ade que facta fuit per mulierem faciliori modo uincitur q̃ temptatio interior que eſt tẽptatio carnis que de nr̃o contra nos roboratur, diabolus tẽptauit Euã, Eua temptauit Adam, cum igitur Adam eſſet fortior Eua et circunſpectior quia ad plura aſpiciens et nobilior, ꝙ minori temptatione temptatus q̃ Eua ceciderit hoc eius peccatum agrauat, tamen ſimpˡ et in ſe conſiderando utrũq peccatum, peccatũ Eue fuit maius. ❡An ſi Eua ſola peccaſſet et nõ Adã perdidiſſemus iuſtitiã originalẽ? Dico ꝙ nõ qa ſibi ñ fuit data niſi ꝓ ſe ñ ꝓ nobis, bñ ſi ſol⁹ adã peccaſſ; et ñ eua adhuc illã ꝑdidiſſem⁹ qa eua ñ accepat ꝓ nobis. ❡Vtrũ ſi eua peccaſſet et adã ñ an ipſa fuiſſet mr̃ nr̃a? Aliqui dicunt ꝙ deus creaſſet unã aliam mulierem et illã de

diſſet ade et fuiſſet mater noſtra, ſed ad quid, ſi dediſſet alias forte alia grauiore temptatione temptaſſet eũ ad quid addere malũ malo ſufficiebat prima que ſi feciſſet penitentiã non obfuiſſet filiis ſicut uirgo mũde nõ obfuit mũditie xp̃i benedicti. ¶ AD ARGVMENTA AD illud ꝙ dicit ꝙ plus adimit de bono eſt grauiꝰ. Cõcedo ſi illud bonũ adimitur forʳ per peccatũ oppoſitũ illi bono ſicut pꝫ ſupra de blaſfemãte deum qui adimit forʳ plus de bono ꝙ̃ blaſfemans p̃rem. Et dico ꝙ peccatũ ade formaliter non ademit iuſtitiam originalem quia nõ opponebatur illi formaliter, ſed tm̃ ademit demeritorie, ſed peccatum ex hoc nõ dr̃ grauius quia adimit plus de bono demeritorie patet quia hñs. x. gradus glorie, et totidẽ gr̃e et cẽtum actus meritorios peccans peccato carnis perdit oĩa demeritorie, et tamen forʳ parũ perdit blaſfemans deũ multũ perdit formaliter de bono, et in caſu parũ demeritorie quia ubi non meruerit niſi duos gradus glorie et gr̃e et decẽ merita iſta demeritorie perdit et minus alio, et tamen multo plus forʳ alio perdit de bono ut patet ſi deũ honoraſſet quando blaſfamauit, et ſi alius continens fuiſſet cũ peccauit iſte minus de bono hũiſſet et alius plus de bono. ¶ Ad ſecundũ dicendũ. Debet eſſe correſpondentia culpe ad penã ſi pene magna et peccatũ ſimiliter, et ſic a poſteriori cognoſcimus grauitatẽ peccati. Dicit doc. ꝙ uerũ eſt ſi illa pena ſit forʳ punitio illius culpe. exemplũ hic blaſfemat deum, hic blaſfemat p̃rẽ punitio forʳ corrñdens blaſfemie p̃ris eſt minor punitione que corrñdet blaſfemie dei. Et loquẽdo de tali pena nõ debebatur pctõ ade maxima pena, immo modo adulterans ſi dampneretur et ſimul cum eo Adam pro illo peccato grauius puniretur iſte ꝙ̃ adã. Et cum probat, quia ſibi iſſlicta fuit pena mortis pro ſuo peccato, et hec eſt maxima pena. Dupʳ reſpondet primo ſic negando ꝙ mors fuerit ei iſflicta ꝓ ſuo peccato, et pꝫ quia Adã ſi erat immortalis in illo ſtatu nõ erat ĩmortalis ex natura uel ex cã intriſeca nãli ſꝫ ſi erat immortalis tm̃ erat ex dei dono nõ uolentis cõcurrere cũ cãis naturalibus terminatis ad mortẽ, et hoc ꝙ̃ diu obediens fuiſſet uł ſuperaſſet primã tẽptationẽ. dico iʳ qa peccauit et inobediens fuit deus ſubtraxit illa bñficia ſibi collata, et ſic ex ꝯñti ſequutus eſt mors nõ eſt ergo mors pena foʳ punitiua peccati Ade, ſꝫ illa eſt modica. uidemꝰ. n. q̃nq; pro uno pctõ ſubſtrahi ab aliquo maxima bñficia nõ tñ infligitur magna pena punitiua corrñdens illi pctõ. Et pꝫ in exẽplo ſi ſor. ſit bñficiatus ab aliquo principe puta ab Alberto Pio et plato nõ, peccent in Albertum ambo priuabit ſor. oĩbus bñficiis ſibi collatis a dño Alberto et aliu puniet in decẽ ꝙ̃ erit pena ſm̃ iuſtitiã punitiuã corrñdẽs pctõ platonis et in totidẽ ſor. puniret et nõ in plus ſi nõ fuiſſꝫ beneficiatus, et ſic Adã fuit multis donis donatus a deo que oĩa ſubtraxit et tñ modica. pena fuiſſet punitus in inferno ꝙ̃ alius adulter loquẽdo de pena punitiua culpe. Alia rñſio ẽ ꝙ mors non ẽ maior pene illa pena que debet pctõ mortali qa illa eſt dãpnatio eterna que ẽ perpetua ſepatio a deo, mors aũt corporalis eſt ſolũ ſepatio ale a corpe uſq; ad futuꝝ iudiciũ quã et mortẽ multi appetũt, nullus tñ appetit dãpnationẽ et ideo licꝫ ſit gñalior pena et ad plures ſe extendat mors ꝙ̃ dãpnatio nõ tñ eſt maior nec intenſior pena. Et ponitur exemplũ de exheredit ato, que pena eſt ulior ꝯñs totã poſterioritatẽ de hereditate et de decapitatiõe et pꝫ. ¶ Ad ultimũ an Adã apetierit equalitatem dei, quia illud uidetur dicere glo. ſuper illud que, nõ rapui etc. Sco. conceſſit ꝙ eua apetiit equalitatem dei, Adam nõ, nunc ſoluendo dicit ꝙ adam et eua et angeli tantũ interpretatiue appetierunt equalitatem dei, de eua dico ꝙ cum fuerit ſeducta ipſa credidit diabolo et ſic credidit poſſe conſequi illam equalitatem dei et ſic forʳ apetiit et nõ tm̃ interpretatiue adã non fuit ſeductus et nõ credidit illã poſſe conſequi quia tamen peccauit noluit uoluntatem ſuã ĩ ꝓponere uolũtati diuine et ſic interpretatiue apetiit equalitatem immo maioritatẽ. An angeli in ſexta diſ. huius. q. ſecunda. Dicit ꝙ apetierũt illã, et non tm̃ ꝙ illã potuerunt appetere. aũ enim ſm̃ articulũ principalẽ q. ſecũde. ibi uiſo igitur de primo inordinate cõcupito, infra parum uel habuit angelus inordinatum uolle uolendo. ſ. oppoſitum eoꝝ que cõcupiuit. ſ. uolendo ſibi beatitudinẽ minus in eẽ quam deo, et ita noluit ſuam beatitudinẽ eſſe diuine equalẽ et ſeʳ uel quã deũ eſſe. i. noluit ſuum eſſe, eſſe minus eſſe diuino et ita uolendo ſuum eſſe fore equale eẽ diuino, uide lr̃am et hãc expõnes lr̃e. Quid ergo hic dicit ꝙ tm̃ angeli appetierũt equalitatẽ dei interpretatiue. Dic ꝙ lr̃a eſt corrupta ſic. n. iacet in reportatis, et ſic tm̃ interpretatiue et nõ forʳ appetiit Adã equalitatẽ dei et nihil dicit de angelis, uel dico ꝙ pro tanto eã uoluerũt interp̃tatiue quia nõ uoluerũt eam uolitione efficaci et imperatiua ad ꝯñdum eam ut dicit ĩ reportatis diſ. 6. Sed credo ꝙ Eua uolitione efficaci uoluit illã quãtũ fuit ex ſe ꝓpter qa ipa queſiuit media ſibi oſtẽſa a demone ſi. ſ. Adam cõſentiret in opinionẽ ſuã et comederet de ligno uetito hẽrẽt ambo equalitatem dei et hoc mediũ queſiuit, et ſugeſſit uiro ut comederet quia igʳ nec Adã nec angeli mali ſic appetierant ideo dicuntur interp̃tatiue appetiiſſe, tamen adam nec uolitione ſimplici illud uoluit ſicut angeli mali uoluerunt ſic igitur ſume dr̃iam. Eua uoluit uolitione efficaci equalitatẽ dei. Angeli mali quia ſciebant illã non poſſe conſequi uoluerunt tantum uolitione ſimplici. Sed Adam nec una uolitione nec alia uoluit dei equalitatẽ ſꝫ ſimpliciter interpretatiue. Si dicas igʳ eua grauius peccauit angelo. nego cõſequẽtiam quia ſeducta fuit et decepta et credens illud fore ſibi poſſibile appetiit impoſſibile tã ꝙ̃ poſſibile, et in hoc aliqualiter excuſatur. Sed diabolus ſciuit hoc ſibi fore ĩpoſſibile et tamen illud uoluit ut dictum eſt et ſic appetiit impoſſibile ut impoſſibile, nec erat deceptus et ideo maiorem oſtendit iniquitatem quam eua. Nota ꝙ hec queſtio de grauitate peccati adẽ ponitur in quibuſdam textibus in. 21. diſtĩ ꝑtinet ad. 22.

Queſtio. Secunda.

VTRVM PECCATVM PRIMI HOMINIS fuerit ex ignorantia. ¶ Sco. reſpõdendo dicit ꝙ proprie loquẽdo peccatum ex ignorantia eſt triplex uno modo quando ignorantia precedit peccatum et eſt occaſio peccati quia uidelicet quis ignorãs aliquid operatur illud ſi illud ſciret eſſe peccatum nõ faceret illud ſicut ignorans concupiſcentiam eſſe peccatum concupiſcit ſed ſi ſciret fore peccatum non concupiſceret et ſic ignorantia eſt diſpoſitio ad peccatum quia ſic diſpoſitus peccat. Secundo modo ignorantia concomitatur omne peccatum et ſic peccantes dicuntur ignorantes quia ſemper aliquid ignorant et communiter peccatores excuſant peccatum ſuũ et hoc eſt ex ignorantia concomitante, excecat enim peccatorem malitia ſua. Tertio modo ignorantia ſequitur peccatum ſicut pena ipſius peccati. ¶ Item diſtinguitur de multiplici ignorãtia primo ignorãtia ideſt ẽ ꝙ neſciẽtia ly ignorãtia tenetur negatiue ignorat ideſt neſcit et iſto modo ignorantia eſt in ſanctis etiam angelis et beatis qui multa neſcientes illuminantur a deo, et inferiores a ſuperioribus et ſic anime beate, loquendo de iſta dico primam ꝯcłonẽ extra textum ꝙ iſta neſcientia fuit in adã ante peccatum, quia cum non fuerit deus non omnia nouit et iſta neſciẽtia cõſoʳ naturã intellectualẽ creatã, iſta ignorãtia non eſt ad propoſitum queſtionis. Alia eſt ignorantia erronea includens ĩ ſe. ſ. errorẽ. Error. n. eſt qñ cõcipit falſum ꝓ uero uel ecõtra, loquẽdo de iſta ignorãtia dicit doc. ꝙ iſta nõ fuit in Adam ante peccatũ qa in Adam nõ ꝓceſſit error ipm peccatũ qa ſi ſic igr̃ credidiſſet qꝺ illud factũ. ſ. comeſtio pomi uel ma-

gis placere uxori ꝙ̃ deo fuiſſet bonũ,cũ tñ eſſet malũ,uel crediddiſſet ſaltem aliquod bonũ ſeq̃ ex illo facto.ſ. comeſtione pomi q.ſ.ſeq̄retur ipm ſcire oĩa,uel ſe eē deũ,ꝙ nõ eſt uer̃,ga nõ fuit ſeductus, ſm.n. Aug.ꝛc.uide auctoritatẽ. ¶ Sed ꝯ probatur ꝙ ante peccatũ fuit error ſi itellectus ade offerebat uoluntati eius qñ peccauit bonũ uer̃,certũ eſt ꝙ eligẽdo illud uoluntas nõ peccauit,ſi ẽt intellectus ade ap̄hendit bonũ apparẽs et illud oſtẽdit uolũtati igr̃ in ĩte^{ll} eius errauit ga aprehendit malũ ꝑ bono ga bonum apparens nõ eſt bonum et ita ſi peccauit ĩ intellectu eius fuit error et ſic ignorãtia erronea añ peccatũ.Reſpõdet doc.dicens ꝙ Adam intel^{tu} ſuo potuit aliqd ſimplex ap̄hẽdere,et tñ nec ut uer̃ nec ut falſum,et illud offerebat uolũtati,potuit ẽt ap̄hendi ut bonũ uer̃ et ſic oſtẽdere uolũtati diligere uxorẽ,uolũtas tñ nõ eſt uſa ſicut intellectus aprehendit et ſic peccauit p° uolũtas.Vide ꝙ nullus error erat ĩ intellectu uel ga ſolũ ap̄hẽdit ſimplicia uel ſi cõpoſitũ ap̄hendit, ſciuit ꝙ melius erat deo placere ꝙ̃ uxori,et ꝙ deus erat magis diligendus ꝙ̃ uxor et ꝙ debebat frui deo et uti uxore, ſed eius uolũtas nõ ſic uſa eſt ſed maluit placere uxori ꝙ̃ deo et forte magis dilexit uxorem ꝙ̃ deũ, ſed hoc dimittamus ga nõ apparet ex ſcriptura niſi ĩterp̄tatiue.Ecce ꝙ nullus erat error ĩ intellectu et peccatũ fuit ĩ uolũtate,niſi improprie uocãdo errorem,ga neſciẽtia p̄ceſſit in ĩte^{ll} ipm peccatũ,ſed illa improprie dr̃ error.Et ꝓbat doc.ꝙ prius peccauit quã errauit, et põt eſſe ſecũda cõcluſio ĩ lr̃a,ga ſi cõcluſio nõ ſit uera da oppoſitũ prius errauit et deinde peccauit,igr̃ aliqd bonũ apparuit Ade,quod nõ erat bonũ ſed apparebat bonũ ut puta apparuit ſibi ꝙ cõplacere magis uxori quã deo eẽt bonũ,quod tñ nõ erat nec bonum nec uer̃,ſi tu cõcedis ſe^{r} ꝙ tũc añ peccatũ potuit eſſe error circa principiũ quod eſt ĩpoſſibile. Illud.n.eſt prĩcipiũ ꝙ apparet de ſe uer̃,ga ex terminis et ex noticia ſola terminor̃,ſic.n.concluſio nõ apparet de ſe uera.i.ex terminis,ſed oꝫ hr̃e noticiam principior̃ ex qbus deducit.Si reſpõdeas ꝙ error p̄cedens peccatũ Ade nõ fuit circa principiũ,uel nõ fuit principium circa quod eẽt error,igr̃ aliquod falſum apparuit ſuple uerum. Sed quero quõ illud falſum apparuit uer̃.ſ.melius eſt complacere uxori ꝙ̃ deo,aut iſtud falſum apparuit uer̃ ex ſyllogiſmo falſo ĩ forma,aut ex ſyllogiſmo peccãte ĩ materia alr̃ non potuit falſum apparere uer̃.Si dicas illud apparuit uerum quod erat falſum ex ſyllogiſmo peccãte ĩ forma igr̃ nõ ꝯcluſit ſibi neceſſario ga optimus logicus cũ deũ habuerit p̄ceptorẽ infundendo illi logicã,et alias ſciẽtias ga omniũ creaturar̃ habuit ſciẽtiã, ſi ſic igr̃ nõ oꝫ uolũtatẽ adherere illi.ſ.melius eſt ꝯplacere ꝛc. ꝑp ſyllogiſmũ ſophiſticum et ita nõ peccaſſet ex illo errore.Si dicas illud apparuit ſibi uer̃ et bonũ ex ſyllogiſmo peccãte in materia igr̃ aliqua p̄miſſa fuit falſa,quero de illa p̄miſſa falſa,aut ꝺ ſe apparebat falſa aut ex alia apparebat falſa,ſi des primũ igr̃ illa erat oppoſitũ primi prĩcipii ga ſicut primũ principiũ uer̃ eſt de ſe apparens uer̃ et nemo decipitur ĩ eius ueritate, ĩ ſcribat ꝗs deliquit inqͣ Ariſt.certe nullus ſic nec circa principia ita ſi^{r} oppoſitum principii primi eſt de ſe apparens falſum,et ſic neminẽ decipit ĩmo qlibꝫ ꝑcipit eius falſitatem.Si dicas ꝙ illa p̄miſſa falſa ex alia apparet uera et ſic ĩtellige illud ſi ex alio apparet falſum.i.ſi id qd eſt falſum ex alio apparet.ſ.uer̃ q̄ro de illa alia premiſſa ex q̃ iſta apparet,aut ex ſe apparet falſa aut ex alia ſi ex ſe ꝑcede ut prius ga erit oppoſitum primi principii ꝛc. erit ꝓceſſus in ĩfinitũ cum igitur ꝓ te fuerit error in Adam ante peccatum et ille error nõ potuit eſſe ex ſyllogiſmo falſo ĩ forma aut in materia igit̃ ille error erat ĩ principiis quod eſt impoſſibile ga null^{9} circa illa errat et ita ſe^{r} cõcluſio ꝙ ante peccatũ nõ fuit error ĩ Adam. ¶ Tertia cõcluſio ignorãtia facti nõ p̄ceſſit peccatũ in Adam.Sciuit enim deũ ꝓmulgaſſe eis legẽ ne comederẽt de ligno quod erat ĩ medio paradiſi iſtud nõ fuit lignũ uite ſed ſm aliquos fuit ficus,ga de illis foliis fecerũt ſibi pizomata.i.brachas, cũ primũ enim comederũt cõfuſi fuerũt uidendo pudibũda que prius nõ erãt pudibũda,et ideo nõ acceſſerunt ad aliam arborẽ.Sciebant etiã ꝙ illud factũ.ſ.illa comeſtio erat ꝯ p̄ceptũ dei. ¶ Quarta cõcluſio,ignorãtiam circũſtãtiar̃ ꝯtinuum ut puta tãte uel tãte pena ſe^{r} ad trãſgreſſionẽ illius p̄cepti,q̃ ignorãtia eſt neſcientia ꝓprie bene potuit hr̃e ante peccatũ. ¶ Quinta cõcluſio ignorãtia erronea potuit cõcomitare peccatũ uel ſeq̃ et idõ ex ĩmoderato amore uxoris excecatus credidit illud peccatũ quod erat mortale fuiſſe ueniale. ¶ Et ex hoc ꝑꝫ ſolutio ad primum. ¶ Ad ſecũdũ peccauit ex ĩtellectu improprie ſumpta uide diſt.6.huius.q.prima ſol.primũ argumẽtum opi.

DISTINCTIO XXIIII

